

Imago Antonii Santa Croce
(ex epitaphio in ecclesia Sanctae Mariae in Publicolis Romae exstante)

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

SUMPTIBUS FUNDATIONIS de BRZEZIE LANCKOROŃSKI

ACTA NUNTIATURAE POLONAE

TOMUS XXIII

ANTONIUS SANTA CROCE
(1627-1630)

*

Volumen 1
(1 III 1627 - 29 VII 1628)

edidit
HENRICUS LITWIN



Non exstinguetur

ROMAE 1996

Introductionem, summaria et notas Latine vertit:
Lucianus Olech

Textum graphice composuit:
Bożena Kondracka

Correctiones fecerunt:
Lucianus Olech
Catharina Szulc

Edidit:
Fundatio Lanckoroński
Friburgi Helvetiae

INTRODUCTIO

1. De Antonio Santa Croce nuntio eiusque sociis.

Antonius Santa Croce (Latine etiam Sanctacrucius nuncupatus) a clarissimo et vetustissimo genere Romano originem duxit, quod tempore, quo futurus nuntius pontificius in Polonia natus est, plus quam mille annorum historia gloriari poterat. Insigne enim gentilicium huius antiquissimi generis temporibus Constantini Magni ortum esse putabatur, et coniungebatur cum gente senatoria Valeriorum, qui cognomine Publicola utebantur[1]. Urbanus VIII, cum recens nominatum nuntium suum in Poloniam mitteret et antiquitatem ac merita gentis eius laudaret, praeter alia novem cardinales memorabat, qui ex illa orti erant[2]. Quorum ultimum, Prosperum Santa Croce, recentioris gloriae ac potentiae huius familiae verum conditorem auctoremque fuisse certo existimare possumus. Ille enim primum munere nuntii Lutetiae Parisiorum, Matriti, Olisipone fungebatur, deinde a. 1565 sacra cardinalium purpura decoratus est et, biennio post, etiam archiepiscopus Arelatensis est nominatus. Obiit Romae a. 1589[3].

Sub illius patrocinio fortunae gentis Sanctacruciae feliciter crescebant et augebantur, earumque pars maxima nepoti cardinalis, Marcello (patri Antonii), sorte obvenit. Qui sub tutela eiusdem patrui-cardinalis manens, simul fidelis ipsius amicus atque intimus consiliarius fuit. Saepe etiam ipsum comitatus est in itineribus ex mandato Sedis Apostolicae in Galliam et Hispaniam confectis. Marchionatus Petrae Fortis (Pietraforte), quem in familia Santa Croce filius primo loco genitus de more obtinebat, in manu Marcelli erat et inter opulentissima ac lucrosissima illius temporis latifundia numerabatur. Tanta gentis prosperitas atque amplitudo magna ex parte meritis cardinalis Prosperi certo tribuenda erat, cui gratus nepos in Romana basilica Sanctae Mariae Maioris magnificum monumentum posuit[4]. Etiam qui ex duobus minoribus ramis stirpis Santa Croce nati erant, summos honores ac dignitates ecclesiasticas assecuti sunt. Itaque episcopi Cervienses fuerunt fratres: primum Scipio (1545-1576), deinde Octavius (1576-1582)[5], qui etiam munere nuntii pontificii Augustae Taurinorum (1577-1580) et Vindobonae (1581) functus est. Denique Silvius - ex iuniore generis

---

[1] Borastus, p. 30-32, Cicarelli, p. 465-470.
[2] Cfr. N. 10.
[3] Gauchat HC, p. 39.
[4] Albero di Casa Santa Croce, AV, ASCr 50, sf.
[5] Gauchat HC, p. 345.

ramo ortus - Prospero in episcopatu Arelatensi successit[6]. Sed post mortem Prosperi totius familiae caput fuit Marcellus, qui uxorem duxit Porciam del Drago, alio clarissimo genere Romano ortam[7], quorum filii potentiam atque opulentiam generis auxerunt et corroboraverunt. Eorum natu maior, Valerius, marchionatum Petrae Fortis post patrem hereditate accepit, natu autem minor, Antonius, viam munerum et honorum ecclesiasticorum ingressus est.

Futurus nuntius pontificius in Polonia natus est a. 1599, die 1 mensis Augusti vel paulo ante, verisimiliter in pago Riofreddo dicto, ubi baptizatus est[8]. De eius pueritia fere nihil constat. Scimus tamen eum praemature patrem amisisse, nam Marcellus Santa Croce a. 1606 mortuus est[9], mater vero affini Tarquinio Santa Croce, mariti sui fratri, iterum nupsit et a. 1614 de vita decessit[10]. Antonius ergo initio sub tutela patrui educabatur. Quam tamen tutelam mox frater Antonii natu maior, Valerius, suscepisse videtur, qui iam a. 1609 marchionatu Petrae Fortis rite est potitus, anno autem 1613 Helenam Santa Croce, Onuphrii filiam, uxorem duxit[11]. Ex proventibus marchionatus Antonius conspicuam annuam pensionem, summam scilicet 1000 scutatorum nummum, a fratre et tutore suo accepit, quae - posteaquam referendarius Utriusque Signaturae nominatus erat - etiam duplicata est[12]. Ipsius epistulae, annis posterioribus scriptae, grati ac dediti in fratrem animi testes sunt.

Primum ad dies usque nostros asservatum documentum, ubi de Antonio tamquam de adultae aetatis viro sermo est, certo existimari potest diploma, quo ipse et frater, Valerius, die 27 Septembris a. 1617 civitate Amerina donati erant[13]. Quo tempore Antonius iam erat alumnus Collegii Romani Societatis Iesu[14]. Ignoramus, quo anno studia doctrinae absolverit, omnes tamen vitae eius scriptores inter se concordes sunt eum gradu doctoris utriusque iuris esse ornatum[15] . Cursum honorum ecclesiasticorum velociter ac mature incepit. Iam enim a. 1620 nominatus est protonotarius apostolicus[16] et a. 1622 referendarius Utriusque Signaturae est promotus[17]. Die 29 Decembris a. 1622 legatus Odoardus Farnese vicelegatum provinciae Viterbiensis eum nominavit, quod significabat eum reapse ad gubernacula illius

---

[6] Gauchat HC, p. 272.

[7] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 13.

[8] Ut supra.

[9] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. II, doc. 27, 29..

[10] Ameyden, p. 125.

[11] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. II, doc. 13, 30.

[12] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. II, doc. 35, 36, 48.

[13] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. II, doc. 3.

[14] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/19.

[15] Bartoszewicz EPO, p. 917, Moroni T. LXI, p. 60, Biaudet, p. 284, Garampi 101, Amydenus, p. 272, Albero di Casa Santa Croce, AV, Ar. Santacroce 50, sf.

[16] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. VII, doc. 4.

[17] Adhuc 12 II 1622 occurrit in documento titulo protonotarii ornatus, sed 29 XII 1622 est iam referendarius, cfr. AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 37, 39.

amplissimae provinciae accessisse[18]. Summus pontifex Gregorius XIV hanc nominationem approbavit et confirmavit atque opportuna et plena mandata ad hoc munus obeundum Antonio contulit[19]. Vicelegatus sedem suam Viterbii habuit, ubi commoratus est a. 1623-1625[20]. Eodem tempore ordinem presbyteratus suscepit, impetrata prius, 17 II 1624, dispensatione ad omnes ordines sacros "extra tempora" accipiendos necessaria[21]. Sequentem gradum in curriculo suo ad magistratus ecclesiasticos assequendos Antonius fecit, cum die 20 Februarii a. 1625 promotus esset gubernator provinciae Campaniae et Maritimae[22], quam dignitatem ut acciperet, iam a. 1624 ambiverat[23]. Quapropter annum 1625, novo munere fungens, Frusinone transegit[24]. Anno autem sequenti cardinalem legatum Franciscum Barberini in itinere eius Hispanico comitatus est[25].

Itaque cursus honorum iuvenis sacerdotis valde velociter procedebat. Munere enim protonotarii donatus est 21 annos natus, cum vero gubernator provinciae nominatus esset, vix 26 aetatis annum est ingressus. Tam veloces promotiones non solum amplissimo atque opulentissimo generi, quo ortus erat, attribui possunt. Maioris hic momenti fuisse videtur amicitia inter Antonium Santa Croce et Franciscum Barberini iam in scholis facta, de qua Amydenus mentionem facit[26], et quae certo fundamentum fuit artissimae familiaritatis Antonio cum familia Barberini intercedentis. Huiusmodi familiaritas etiam ex epistularum commercio nuntii nostri clare conspicitur. Hoc ergo necessitudinis vinculum, quo cum Barberiniorum gente se coniunxerat, haud dubie maximi momenti erat ad Antonii dignitatum et honorum accessionem, praesertim cum a. 1626, post reditum ex legatione Hispanica Francisci Barberini, regimen Secretariatus Status ei revera commissum esset, avunculo ipsius, Laurentio Magalotti, ab officio quadamtenus remoto.

Consilium Sedis Apostolicae Antonii Santa Croce cum munere nuntii pontificii in Poloniam mittendi 27 die mensis Februarii a. 1627, vel paulo ante hunc diem, captum est[27]. Propter hanc nominationem collata est ei dignitas titularis archiepiscopi Seleuciensis, sed prius, ut iam diximus, die 17 Februarii, cancellaria papalis concessit ei dispensationem ad omnes ordines sacros "extra tempora" suscipiendos necessariam[28], die 1 Martii summus

---

[18] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 39.

[19] Roma 11 I 1623, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/18.

[20] Epistulae Antonii Santa Croce ad Carolum Barberini, Viterbio inde a 18 X 1623 usque ad 28 II 1625 datae, cfr. BV, Barb.Lat. 9241, f. 7r-17r.

[21] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/17.

[22] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/15.

[23] Antonius Santa Croce ad Carolum Barberini, Viterbii, 17 II 1624 r., BV, Barb.Lat. 9241, f. 16r.

[24] Antonius Santa Croce ad Carolum Barberini, Frusinone, 20 XII 1625 r., BV, Barb.Lat. 9053, f. 15r.

[25] Huius rei mentionem faciunt litterae credentiales (cfr. N. 10), Amydenus (f. 272) et auctor operis "Albero di Casa Santa Croce" (AV, ASCr 50, sf.).

[26] Amydenus, f. 272.

[27] Francisus Barberini ad Petrum Aloisium Carafa, Romae, 27 II 1627, Wijnhoven NBD I, p. 594.

[28] AV, Secr.Brev. 723, p. 352r.

pontifex nominationem promulgavit[29], die autem 13 eiusdem mensis diploma nominationis publicatum est[30], deinde die 18 Martii Antonius iuramentum archiepiscoplae praestitit[31] et denique die 21 Martii sollemniter archiepiscopus est consecratus[32]. Itaque novellus archiepiscopus, iuvenis viginti septem annorum, omnium nuntiorum, qui hactenus in Polonia hoc munere functi sunt, aetate longe infimus, consuetas "facultates", quae unicuique nuntio pontificio recens nominato de more dabantur et quae ex Secretariatu Brevium die 30 Martii editae erant, tandem accepit[33]. Postea eiusmodi "facultates" etiam suppletae et amplificatae sunt[34]. Secretariatus autem Epistularum ad Principes nuncupatus die 16 mensis Aprilis solitas litteras fidei seu credentiales, ad usum nuntii praeparatas, ei concessit[35]. Novus nuntius, antequam iter in Poloniam ingressus est, etiam litteras commendaticias a praeposito generali Societatis Iesu, Mucio Vitelleschi, sibi dandas curavit[36]. Non est tamen ad dies nostros servata instructio ex Secretariatu Status Antonio Santa Croce concessa, sed scimus eam non prius, quam Florentiae cum esset, ipsi traditam esse[37]. Ex Urbe profectus est praeditus instructione Sacrae Congregationis de Propaganda Fide et mandatis card. Francisci Barberini, quae imprimis tractabant de conatibus Sigismundi III ad conferendam dignitatem cardinaliciam Ioanni Baptistae Lancellotti, Antonii Santa Croce in nuntiatura Varsaviensi praedecessori, susceptis[38].

Die 27 mensis Aprilis a. 1627 archiepiscopus Seleuciensis tandem Roma discessit et iter in Poloniam incohavit. Itaque per Florentiam, Bononiam, Mantuam transivit Italiam cepitque consilium, ut per Tridentum et Oenipontem Vindobonam peteret. Sed vix Alpes transgressus, viam mutare statuit et Oenipontem praeteriens Hallam ad Oenum fluvium sitam pervenit, unde navigio per Danubium iter Vindobonam versus perrexit[39]. Quo cum venisset, multos loci proceres salutandos ac visitandos curavit. Ea res certo illam animi ipsius propensionem ac benevolentiam incohavit, qua postea, iam cum esset in Polonia, Domum Austriacam semper prosecutus est. Post aliquot dies non solum ab imperatore et imperatrice in consueta audientia est exceptus, sed etiam notitiam fecit principis ab Eggenberg, qui reapse regimini Imperii praefuit, et multos alios proceres atque optimates Imperii, non solum Vindobonenses, verum etiam Bohemos et Hungaros coram cogno-

---

[29] Gauchat HC, p. 311.
[30] AS, Coll. Perg., Roma, Fam. Santa Croce, cass. VII, doc. 30.
[31] AS, Coll. Perg., Roma, Fam. Santa Croce, cass. X, doc. 29.
[32] AS, Coll. Perg., Roma, Fam. Santa Croce, cass. 13, doc. 26.
[33] Cfr. N. 5-8.
[34] Cfr. N. 28, 29, 148.
[35] Cfr. N. 10-12.
[36] Cfr. N. 15.
[37] Cfr. N. 25.
[38] Cfr. N. 14.
[39] Cfr. Itinerarium.

vit[40]. Deinde, iter in Poloniam pergens, Nicolsburgi (Mikulov) card. Franciscum a Dietrichstein salutavit, qui ei milites suos viae satellites obtulit. Hunc in modum, omnibus necessariis bene instructus, via nobis melius non nota Moraviam et Silesiam transivit et die 17 Iunii fines Regni Poloniae transgressus est. Cracoviam praeterivisse videtur et 21 die eiusdem mensis ad Błonie prope Varsaviam pervenit, ubi a nuntio Ioanne Baptista Lancellotti salutatus est, et die sequenti iam fuit Varsaviae[41]. Domicilium sumpsit in monasterio Bernardinorum ad "Suburbium Cracoviense" sito[42]. Die 27 Iunii audientia apud regem ei concessa est, inter quam novus nuntius litteras credentiales summi pontificis Sigismundo III porrexit[43]. Ita, quod ad formam attinet, munus Antonii Santa Croce in Polonia obeundum incohatum est.

Res Publica Utriusque Nationis, ut Regnum Poloniae cum Magno Ducatu Lithuaniae coniunctum vulgo vocabatur, tunc temporis in terris suis Prussiae et Livoniae bellum cum Suecis gerebat, inde excitatum, quod Sigismundus III Vasa non solum legitimum Suetiae regem se esse ipse affirmabat, sed etiam a Sede Apostolica pro tali habebatur. Ex qua re utilitatem capere sperabant capita factionis catholicae, quippe quae una ex partibus belli esset, quod in Imperio gerebatur quodque postea "bellum triginta annorum" nuncupatum est. Gustavus Adolfus autem non solum ab aemulo et adversario suo extorquere conatus est, ut titulo regis Suetiae renuntiaret, sed etiam ostio Vistulae potiri cupiebat. In posterum autem sibi proponebat ad bellum in Germania gestum accedere, eo imprimis consilio, ut hoc modo hostes imperatoris adiuvaret. Interim exercitus Ferdinandi II et Societatis Catholicae continuas victorias reportabant tam de copiis Unionis Protestanticae, quae vocabatur, quam regis Daniae Friderici. Factio catholicis contraria in Eupropa eo spectabat, ut bellum inter Suecos et Polonos gestum quam celerrime finiretur et Gustavus Adolfus ad bellum, quod in Imperio exarsit, pertraheretur. Partis autem adversae maxime intererat, ut Sueci, bello implicati, quam diutissime in Prussia retinerentur. Papa praeterea, imperator et Hispani sperabant fore, ut - si ad incursionem in Suetiam esset deveniendum - armorum societas cum Polono familiae Vasarum ramo concluderetur[44]. Ad assequenda huiusmodi proposita etiam nuntius apostolicus in Polonia munus suum obeundo aliquid conferre voluit.

Nuntius insuper sibi proposuit fovere atque adiuvare Ecclesiam Unitam Ruthenorum, quae inde ab exordiis suis, id est ex quo a. 1596 in Unione Brestensi, quam vocant, condita erat, non solum vehementer adversari debebat orthodoxis Sedi Constantinopolitanae fidelibus, sed etiam fastidium quoddam et animum aversum conspicuae partis episcoporum catholicorum ritus

---

[40] Cfr. N. 40.
[41] Cfr. N. 32.
[42] Cfr. N. 89.
[43] Cfr. N. 32.
[44] Cfr. Szelągowski, passim.

Latini pati cogebatur. Nuntio quoque cogitandum erat de ordinibus religiosis in Polonia reformandis et de propagandis missionibus[45]. Non est dubium, quin ei a Sede Apostolica etiam mandatum sit, ut factionem "protestantium" Polonorum debilitare ac minuere conaretur et privilegia politica atque oeconomica Ecclesiae in Polonia tutanda curaret[46].

Cum primum in Poloniam advenit, Antonius Santa Croce imprimis operam dare constituit, ut perficeretur renovatio seu reformatio provinciae Polonae Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, cuius sodales in Polonia Bernardinos vocabant. Ad eiusmodi reformationem peragendam non vulgaris peritia ac prudentia erat necessaria, praesertim cum eo ipso tempore acerrima controversia exorta esset inter Antonium Strozzi, Ordinis visitatorem et fautorem regulae Bernardinorum ad regulam Reformatorum accommodandae et provinciae Polonae in quattuor provincias minores dividendae, et maiorem partem fratrum, qui talibus mutationibus erant contrarii. Nuntius quidem memoratam provinciae Polonae divisionem a. 1628 ad exitum perduxit, quod voluntati summi pontificis erat consentaneum, sed a proposito quaslibet mutationes regulae inducendi destitit. Bernardini has nuntii actiones approbarunt, sed operam sumere non desiverunt, ut novae Ordinis provinciae abrogarentur. Huic ipsorum flagitationi ex parte saltem satisfactum est a. 1630, cum iam alius nuntius Varsaviae munere suo fungeretur, cum in locum quattuor provinciarum duae tantum provinciae Ordinis in Republica Utriusque Nationis creatae essent[47]. Annis vero 1628-1629 Antonius Santa Croce incubuit in componendam controversiam in gremio Ordinis Fratrum Minorum Conventualium exortam, cuius causa erat similis, nam ex una parte Franciscani in Italia conati sunt peragere reformationem Ordinis in spiritu strictioris observantiae, ex altera vero religiosi Poloni eiusmodi reformationibus adversabantur et nimiae auctoritati alienigenarum contrarii erant[48]. Diligentia, quam nuntius in renovando Ordine Franciscanorum in Polonia adhibuit, conspici etiam potest in eius consilio, tunc nondum ad effectum adducto, fratres Capuccinos in Poloniam inducendi et in controversia, quae postea inter ipsos et Reformatos est orta[49]. Antonius Santa Croce operam dedit etiam reformandis Ordinibus Augustinianorum, quam reformationem Nicolaus Crusenio, visitator pontificius, promovebat[50], et Benedictinarum, inter quas iam erat et reformatricem operam praestabat

---

[45] Cfr. N. 1, 2.

[46] Cfr. N. 139, 180.

[47] Cfr. N. 28, 37, 53, 243 et Kantak BP, p. 104-105.

[48] Epistulae Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini, inde a 9 IX 1628 usque ad 17 III 1629 datae, BV, Barb.Lat. 6854, f. 164r-166r., 171r, 215r, 218r, 226r; AV, Nunz.Pol. 42, f. 33r.

[49] Cfr. N. 87 et litteras Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini, Varsaviae, 23 VIII 1629 datas, AV, Nunz.Pol. 42, p. 52r-53r., litteras eiusdem ad eundem, Varsaviae, 29 III 1630 datas, AV, Nunz.Pol. 40, p. 524r.

[50] Cfr. epistulas Nicolai Crusenio ad Antonium Santa Croce, a 23 II ad 25 IV 1629 scriptas, AS, ArSC 774, s.f.

praeposita provinciae Polonae, Magdalena Mortęska[51]. Summo tamen studio curaque nuntius se dedidit negotiis Iesuitarum, et in eis promovendis valide adiuvabat Pompilium Lambertengo, visitatorem, a praeposito generali Societatis in Poloniam missum[52]. Quorum ceteroqui pretiosus fautor et adiutor fuit in controversia ipsis cum Academia Cracoviensi intercedente. Academia enim in dubium vocavit privilegium Sigismundi III, quo collegium Societatis Iesu Cracoviae conditum erat. Nuntius vero, quamquam extrinsecus neutri parti favere videbatur, re tamen vera partes Iesuitarum fovebat et omni studio eos adiuvabat, ut privilegium eis a rege concessum confirmaretur et sanciretur[53]. Ipse etiam Cracoviae die 22 Aprilis a. 1630 promulgavit sententiam Iesuitis propitiam ac benevolam, a Sacra Romana Rota in eorum controversia cum Academia latam. Haec promulgatio et dispositiones, quae eam secutae sunt, fuerunt ultimi actus publici Antonii Santa Croce in Polonia patrati[54].

Minore autem studio ac diligentia incubuit in servandam disciplinam ecclesiasticam sacerdotum dioecesanorum. Nam praeter unam, ceteroqui vanam et inutilem intercessionem, qua impedire frustra conatus est, ne nominatio regia Abrahami Woyna ad episcopatum Vilnensem confirmaretur[55], in epistulis nuntii vel ad nuntium datis actuositatis eius in hac parte nulla omnino inveniuntur vestigia. Arbitrabatur enim activam partem ab episcopis Polonis, sed et ab inferiore clero, in rebus publicis habitam, minorem eorum sedulitatem in cura animarum adhibitam facile excusare[56]. Similem de hac re opinionem etiam Secretariatus Status habuisse videtur[57]. Propterea rem etiam valde curiosam ac significantem esse putamus, quod nuntius non omnino interfuit synodo provinciali a. 1628 Petricoviae celebratae, dato solum episcopis se illuc conferentibus mandato, ut causam Iesuitarum in ipsorum controversia cum Academia Cracoviensi diligenter adiuvarent[58].

Incommode accidit, ut "Libri Gratiarum", qui vocantur, nuntiaturae Antonii Santa Croce ad dies usque nostros non sint asservati. Qua de causa penitius explorare ac cognoscere non possumus ipsius operam, quam tamquam minister vel officialis Sanctae Sedis in negotiis stricte ecclesiasticis expediendis in Polonia praestitit. Scimus tamen eum, praesertim in initio suae in Polonia commorationis, multum laboris insumere debuisse in apparandis "processibus informativis" eorum, qui ad episcopatus nominabantur,

---

[51] Cfr. litteras Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini, Varsaviae, 26 VIII 1628 datas, BV, Barb.Lat.6854, p.151r.

[52] Cfr. N. 283 et epistulas visitatoris Iesuitarum ad nuntium inde a 15 III usque ad 27 VIII 1629 scriptas, AS, ArSC 774, s.f.

[53] Cfr. N. 123, 284 et BOss 1927 f. 579.

[54] BOss 1927 f. 650.

[55] Cfr. Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 2 III 1630 r., AV, Nunz.Pol. 42Af. 34r-35r.

[56] Cfr. N. 278.

[57] Cfr. N. 302.

[58] Cfr. N. 284.

nam altero semestri tempore a. 1627 quattuor episcopi ordinarii a rege nominati sunt. Designati sunt etiam tres episcopi suffraganei[59].

In actione nuntii pontificii illius temporis magni momenti fuerunt negotia Ecclesiae Ruthenae ritus Graeci cum Ecclesia Romana unitae. Inter omnes constat Ruthenos unitos Urbano VIII praecipue cordi fuisse, Congregationem vero de Propaganda Fide nuncupatam sub illo pontifice maxime floruisse. Nuntius in Polonia saepe ad Congregationem scripsit asserens res unitorum sibi curae esse, sed eiusmodi affirmationes factis et gestis ipsius minime comprobantur. Nam Antonius Santa Croce mandata Congregationis ad negotia Unionis pertinentia pigre ac neglegenter exsequi solebat et hanc suam pigritiam excusabat difficultate coniunctionis societatisque cum episcopis Ruthenis ineundae ac magnis locorum distantiis, quae ipsos a nuntio separabant. Opiniones suas de Ruthenis maximam partem ex aula regia, ab episcopis Latinis et Societatis Iesu sodalibus haurire consuevit. Neque ullam sedulitatem vel diligentiam ostendit tam gravi temporis momento, quo communis episcoporum unitorum et orthodoxorum synodus praeparabatur (a. 1629 celebranda), qui Ecclesiam Orientalem in Republica Utriusque Nationis ad novam unionem cum Ecclesia Romana adducere eamque Romano pontifici subicere sibi proponebant. Tunc temporis nuntius imperata Sedis Apostolicae oboedienter exsecutus est, sed ne temptavit quidem suam ipsius de condicione Ecclesiae Orientalis in Polonia considerationem[60]. Rebus ita constitutis, Urbanus VIII serio prohibuit, ne uniti quibuslibet conventibus una cum orthodoxis interessent, et sic propositum communis synodi et novae Ecclesiarum unionis omnino reiectum est.

Antonium Santa Croce multo magis attrahebant res publicae Poloniae aliarumque Europae regionum cum Republica Utriusque Nationis quodammodo coniunctarum. Eius enim principale munus, tamquam Sedis Apostolicae ablegati, in eo situm erat, ut artam societatem Polonorum, vel saltem Polonae familiae Vasarum partis, cum Domo Austriaca ineundam promoveret. Nuntius ergo continuo conatus est agere, ut inter Poloniam, Imperium Romanum, Hispaniam et Societatem seu Ligam Catholicam foedus feriretur, cuius participes sibi proponerent viribus unitis invadere Suetiam et Sigismundum Vasa vel eius filium, principem Vladislaum, in solio illius Regni collocare. Ut videtur, archiepiscopus Seleuciensis huic proposito se totum dedidit et ad illud amplectendum, ab oratore regis Hispaniae Carolo de Bonnières, barone d'Auchy, in hoc adiutus, regem quoque inducere studuit. Ad hunc finem assequendum non dubitavit etiam clandestina struere consilia et componere fallacias, quibus personas quasdam Sigismundo III vicinas, id est Casparem Denhoff, Valentinum Seidel, Iesuitam et reginae Constantiae confessarium, et Ursulam Meierin, aulae eiusdem reginae matro-

---

[59] Cfr. A. 4-6.

[60] Cfr. epistulas Antonii Santa Croce ad Congregationem de Propaganda Fide a. 1629 missas, APF, SOCG 57 f. 115r-139v.

nam, implicare ausus est. Palam etiam et aperte, coram senatoribus et aulicis regiis, praedicare non est veritus se Domui Austriacae ingenue favere. Quamquam tamen in hac actione sua felicem aliquem successum, saltem ex parte, reportavit, cum rex classem suam imperatori auxilio misisset, totum hoc eius consilium atque institutum tandem repudiatum est, tum propter condicionem belli, quae continue mutabatur, tum ob cautelam ac prudentiam Sigismundi III, qui - aliter ac nuntius - procul dubio sibi bene conscius erat impetum in Suetiam cum aliqua spe successus vix fieri potuisse.

Aliud negotium, cui expediendo nuntius incumbere debuit, erat mansionem militum Suecorum in Prussia quam diutissime protrahere conari et hunc in modum eos in secura distantia a bello, quod in Imperio gerebatur, retinere. Iterum atque iterum regi persuadere studuit pacem cum Suecis Poloniae damnosam fore, oratorum Batavorum conatus pacem vel indutias conciliare temptantium cohibuit, commissarios ad pactiones cum Suecis designatos exhortatus est, ut tales pacis condiciones dicerent, quae ab adversario neque probari neque accipi possent. Sed omnes hi conatus a nuntio suscepti vani et inutiles fuisse videntur, indutiae vero cum Suecis a. 1629 in Altmark conclusae eis tandem finem imposuerunt[61].

Etiam in rebus Reipublicae internis nuntius pontificius non minus actuosus esse temptabat. Quater enim testis fuit comitiorum Regni, sed in unis tantum eorum, illis scilicet, quae a. 1627 celebrata erant, aliqua operae eius vestigia animadverti possunt. Tempore enim illo summo studio obtinere conatus est, ut sententiae Tribunalis Lublinensis contra "haereticos" sive dissidentes de religione latae ("haeretici" enim templum ipsorum Lublinense a catholicis incendio deletum rursus aedificare volebant) in comitiis confirmarentur. Adiuvabat etiam fautores Iesuitarum in controversia, quam cum Academia Cracoviensi habebant. Quamquam tamen nuntii terrarum et senatores ei in hac causa auxilium suum promiserunt, in comitiis decreta est constitutio "De sententiis Tribunalis", quae sententias contra dissidentes latas abrogabat. Quod vero postulatis et conatibus nuntii omnino erat contrarium. In una tantum re minus infeliciter ei successit, cum tres episcopi contra eiusmodi comitiorum constitutionem ipso auctore intercessionem seu "protestationem" fecissent[62]. Subsequentium autem Regni Poloniae comitiorum, quae a. 1628 et 1629 peracta sunt, Antonius Santa Croce non nisi parum subtilis parumque accuratus observator fuit, quorum prima summatim tantum ac minus diligenter sequi poterat, cum consultationes eorum in secreto fierent[63], circa altera vero, cum imprimis de decernendis tributis seu contributionibus in eis deliberaretur, potius indifferentem spectatorem sese

---

[61] Ad negotia cum bello Pruthenico coniuncta maior pars epistularum Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini, notis arcanis scriptarum, pertinet, cfr. AV, Nunz. Pol. 40, passim.

[62] Cfr. N. 139.

[63] Cfr. N. 307.

exhibuit[64]. Denique tempore, quo comitia extraordinaria a. 1629 celebrabantur, nuntius ab urbe Varsavia afuit et peste saeviente ruri refugium quaesivit[65].

Sub finem suae commorationis in Polonia nuntius ad quaestionem de successione regni animum intendit. Qua in re summo studio adiuvare et fovere nitebatur ambitionem principis Vladislai, apud exteros etiam Europae principes eam divulgando ac commendando. Candide enim et ingenue persuasum habebat eam etiam vivente rege ad effectum adduci posse. Quae res non nimis eximium prudentiae et sagacitatis nuntii tamquam hominis politici specimen ostendit, cum praesertim non obliviscimur eum totum triennium in Polonia transegisse, dum successori eius, Honorato Visconti, aliquot menses satis superque fuerunt ad intellegendum principis Vladislai vivente patre in solio Regni Poloniae collocationem ad exitum adduci non posse[66].

Sicut reliqui nuntii, etiam Antonius Santa Croce intercessorem agere debebat in varii generis gratiis, dispensationibus, indulgentiis, promotionibus a Sede Apostolica impetrandis. Hoc munus ei certo amicos conciliabat et sine dubio in assequendis informationibus eum adiuvabat. Itaque nuntius, instante Sigismundo III, sedulo operam dabat, ut uni ex filiis regis coadiutoriam Olomucensem impetraret[67], commendabat petitiones principis Vladislai efflagitantis, ut ipsius aulici natione Itali ad varii generis dignitates promoverentur[68], exposcebat etiam, ut Paulo Piasecki ad episcopatum Camenecensem nominato diploma confirmationis Roma gratis mitteretur[69], aliasque huiusmodi gratias proceribus Regni expetere solebat. Facile conici potest petitores, quorum precibus satisfactum esset, in grati animi signum, etiam de arcanis Reipublicae negotiis, internis et externis, eum libenter edocuisse.

Mirum quantum loci in epistulis nuntii dedicatum sit conatibus Sigismundi III ea mente susceptis, ut Ioannes Baptista Lancellotti, Antonii Santa Croce in nuntiatura Varsaviensi decessor, dignitate cardinalis ornaretur. Quarta fere pars epistularum eius notis arcanis scriptarum ad hoc negotium spectat. Nuntius enim accurate ac prolixe scribit, quantopere regem dehortatus sit, ne praedecessorem suum in ipsius ambitione commendare per-

---

[64] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 24 II 1629 r., AV, Nunz.Pol. 40, f. 344rv.

[65] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 20 XII 1629, AV, Nunz.Pol. 42, f. 121rv.

[66] Vide: Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 27 IX 1629, AV, Nunz.Pol. 40, f. 480, Instructio Antonii Santa Croce pro Honorato Visconti, Biliński ANP XXIV, p. 21-22 et "Relazione del Cardinale di Santa Croce intorno all'elezione del futuro Re di Polonia", AV, Nunz.Pol. 44, 3r-6v vel BV, Barb.Lat. 6587, f. 1r-6r. Cfr. Honoratus Visconti ad Franciscum Barberini, Cracoviae, 21 XI 1630, ANP XIV, p. 81 et Seredyka ROLPZ, p. 91, 115-116, 135.

[67] Cfr. N. 160 et Antonius Santa Croce ad Franciscum Barberini, Varsaviae, 4 VII 1629, AV, Nunz.Pol. 40, f. 430r.

[68] Cfr. N. 145, 224, 311.

[69] Cfr. N. 111, 153.

geret, nam summus pontifex sacrae purpurae ipsi conferendae omnino contrarius erat. Quod, accedente Sigismundi III pertinacia atque animi obstinatione, supervacanea discidia inter Sedem Apostolicam et Varsaviam interdum excitabat. Archiepiscopus Seleuciensis in hoc negotio tota dexteritate sua et rerum publicarum peritia, quam hactenus sibi comparaverat, usus est. Scivit etiam in exquisitissima artificia sua et machinationes pellicere non solum personas regi vicinas, quarum nonnullas iam supra memoravimus, sicut secretarium regium Paulum Piasecki, relationum cum Sede Apostolica peritissimum (ab a. 1627 episcopum Camenecensem), Casparem Denhoff, Valentinum Seidel Iesuitam, Ursulam Meierin, insuper et Ioannem Lipski, qui initio Ioanni Baptistae Lancellotti propitius erat, fidissimum quoque eius fautorem et amicum Dominicum Roncalli, sed etiam episcopos, praeter alios Regni primatem Ioanem Wężyk, Andream Lipski, Stanislaum Łubieński[70]. Iam a. 1628 nuntius in epistulis suis hic atque illic, quasi per occasionem, dextere atque ingeniose lectori suadere videtur unicum huic rei remedium esse futurum, si ipse sacra purpura decoraretur. Affirmabat videlicet non se, sed alios eam rem desiderare, et non omnino sincere addebat se ipsum id minime curare[71]. Talis agendi ratio efficax erat et bonos attulit fructus, nam iam ante mensem Iulium a. 1629 omnibus innotuit nuntium Varsaviensem dignitate cardinalis mox insignitum iri[72]. Spes et exspectatio Antonii Santa Croce eodem anno expleta est, cum die 19 Novembris cardinalis Sanctae Romanae Ecclesiae creatus esset[73]. Mox Urbanus VIII Lucam Holstein in Poloniam misit, qui recens nominato canonico basilicae Sancti Petri galerum cardinalicium traderet[74]. Hic tamen notandum est Sigismundum III nihilominus Ioannem Baptistam Lancellotti in petenda cardinalis dignitate fideliter commendare atque adiuvare perrexisse[75].

Sacra purpura archiepiscopo Seleuciensi collata celerem exitum muneris eius in Polonia praenuntiabat. Decretum summi pontificis hac in re 23 mensis Februarii a. 1630 latum est[76]. Antonius Santa Croce die 29 Martii de eo factus est certior[77]. Iam nil aliud ei restabat, quam ut exspectaret cae-

---

[70] Cfr. N. 258, 261, 266, 269, 273, 289, 306, 315 et multas "cifras" a. 1628-1630 missas, AV, Nunz.Pol. 40, f. 255rv, 267rv, 292rv, 317rv, 324r, 329r, 355r, 365rv, 396r, 491r, 503r, 505rv.

[71] Cfr. N. 258, 289, 306.

[72] Cfr. Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, AV. Nunz.Pol. 40, 424r.

[73] Eodem die summus pontifex nominationes cardinalicias promulgavit, cfr. Gauchat HC, p. 29. Breve nominationis datum erat 29 XI 1629, cfr. AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. VII, doc. 32. "Titulum" Sanctorum Achillei et Nerei Antonius Santa Croce accepit 29 VIII 1630, cfr. Gauchat HC, p. 29.

[74] Franciscus Barberini ad Antonium Santa Croce, Romae,, AV, Nunz.Pol. 174A, f.

[75] Cfr. litteras Sigismundi III ad card. Cosmum de Torres, Varsaviae, 29 XI 1629 datas, cfr. Collura, p. 37.

[76] Franciscus Barberini ad Antonium Santa Croce, Romae, 23 II 1630, reg. AV, Nunz.Pol. 174A f. 159r.

[77] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 29 III 1630, or. AV, Nunz.Pol. 42A f. 44r.

remoniam, per absentiam regis dilatam, porrigendi galeri cardinalicii die 7 Februarii Varsaviam apportati[78]. Quae sollemnitas tandem die 7 Aprilis celebrata est[79], et die 17 eiusdem mensis nuntius viam reditus in Italiam est ingressus. Die 22 fuit Cracoviae, ubi promulgavit sententiam Sacrae Romanae Rotae in controversia inter Iesuitas et Academiam Cracoviensem latam. Statim post illum diem Poloniam reliquisse videtur, nam 6 die Maii iam Vindobonae erat. Ubi cum esset, in vicino Posonio (hodie Bratislava) card. Petrum Pázmány, archiepiscopum Strigoniensem, salutavit et 11 Maii Graecium in Styria et inde Tergeste versus profectus est. Hic famulis valedixit et cursu maritimo Anconem appulit. Romam rediit mense Iunio a. 1630 (ante 19 VI), sed ex itinere etiam Lauretum devertit[80]. Tota eius missio Polona tres annos et duos menses duravit.

Maiorem partem temporis, quo munere suo in Polonia fungebatur, archiepiscopus Seleuciensis Varsaviae transegit. Initium tantummodo et exitus suae in Polonia commorationis mobilitatem quandam exhibet. Itaque mense Augusto a. 1627 profectus est in Prussiam ea mente, ut regi in bello praesto esset. Ibi domicilium Starogardiae collocavit, unde ad castra regia prope Dirsoviam sita se conferebat. Visitavit etiam Gedanum, quae urbs ei magnopere placuit, neque omisit invisere Toruniam. Nihilominus illae peregrinationes eum dehortatae esse videntur, ne alia itinera per Poloniam faceret. Ex illo enim tempore constanter continuoque Varsaviae degebat, etiamsi rex ab urbe abesset. Sed sub finem a. 1629 ob saevientem pestem Varsaviam relinquere coactus est. Tunc demum bimestri tempore per pagos Masoviae vagabatur, in curiis nobilium amicorum et in bonis regiis hospitium ac perfugium quaerens[81]. Maior pars famulorum mansit Varsaviae, ubi omnes pestilentia interempti sunt[82]. Eodem anno 1629 Antonius Santa Croce unum adhuc periculosum casum est passus, nam mense Martio, cum Vistulam fluvium in raeda traiceret, iam mollis et quasi evanescens glacies de improviso sub vehiculo fracta est[83]. Nuntius quidem ex hoc discrimine integer servatus est, sed - ut scribit Amydenus - labores et incommoda, quae in Polonia subire cogebatur, valetudinem eius ita extenuarunt, ut causa eius praematurae mortis existimari possent[84].

Cum iuvenis cardinalis ex Polonia discederet, non paucos ibi amicos inter proceres relinquebat. Quam amicitiam postea in mutuo litterarum commercio colere perrexit. Sine dubio artissimis familiaritatis vinculis iunctus

---

[78] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 9 II 1630, or. AV, Nunz.Pol. 42Af. 21r.

[79] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 12 IV 1630, or. AV, Nunz.Pol. 42Af. 55r.

[80] Cfr. Itinerarium.

[81] Cfr. Itinerarium.

[82] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 20 XII 1629, or. AV, Nunz.Pol. 42 f. 121rv.

[83] Borastus, p. 38-39.

[84] Amydenus, f. 273.

erat Paulo Piasecki, annalium scriptori, aulico et secretario regio, denique episcopo, qui saepe tanto studio ac diligentia nuntio inservire conatus est, ut interdum ipsius fides erga regem in dubium vocari posset[85]. Iulianus Bartoszewicz mentionem quoque facit amicitiae nuntii cum Georgio Ossoliński[86], quae etiam ex epistularum commercio inter ipsos habito conspicitur[87]. Insuper conicere possumus archiepiscopum Seleuciensem amicitiae quadam necessitudine cum Stanislao Radziejowski, palatino Lanciciensi, coniunctum fuisse[88]. Devotissimi adiutores nuntii existimari certe poterant aliqui episcopi, praesertim vero ordinarius Plocensis Stanislaus Łubieński et episcopus Cuiaviensis Andreas Lipski[89]. Inter praecipuos ipsius fautores in aula regia numerabantur Stanislaus Albertus Radziwiłł, cancellarius Magni Ducatus Lithuaniae, et Thomas Zamoyski, magnus Regni Poloniae cancellarius[90]. Saepe usus est obsequiis et officiis sodalium Societatis Iesu, cum quibus - ex quo in Collegio Romano studiis vacabat - satis erat coniunctus. In Polonia egregiam ei operam dare imprimis poterant Iesuitae magni momenti muneribus in aula regia fungentes: Valentinus Seidel, confessarius reginae, et Iacobus Marquard, confessarius et praeceptor iuvenum principum[91].

Parum tamen nobis constat de adiutoribus nuntii in ipsa nuntiatura eum adiuvantibus. Nam cum "Libri Gratiarum", qui dicuntur, ad nostram usque aetatem non supersint, raras tantum mentiones de eis invenire possumus. Itaque in epistularum commercio, quod nuntio Varsaviensi cum Secretariatu Status intercedebat, memoratur auditor Cyprianus Bardini, qui postea munere internuntii fungebatur[92]. Annotationes autem in "processibus informativis" factae continent mentiones de cancellario nuntiaturae Paulo Roscio et secretariis Ludovico Piazzoli, Iuris Utriusque doctore, et Iacobo Betti[93], necnon de marescalco curiae, Ventura de Rubeis, et Michaeli Burghio, famulo. Praeter hos ministros nuntii natione Italos, familia eius constabat ex famulis maximam partem Polonis, quorum 12 a. 1629 peste interempti sunt[94].

Cum recentissime creatus cardinalis, vir vix 31 annos natus, ex Polonia Romam revertit, nova ipsum magni momenti officia ac beneficia ibi exspec-

---

[85] Cfr. N. 289, 315 et epistulas Pauli Piasecki ad Antonium Santa Croce a. 1631-1635 missas, AS, ArSC 776, 1180, 1199/2, 1231.

[86] Bartoszewicz EPO, p. 918.

[87] Cfr. epistulas Georgii Ossoliński ad Antonium Santa Croce a. 1634-1639 missas, AS, ArSC 209, 1199/1,1227/2.

[88] Cfr. epistulas Stanislai Radziejowski ad Antonium Santa Croce a. 1633 datas, AS, ArSC 1192.

[89] Cfr. N. 139, 193, 206, 215.

[90] Cfr. N. 185, 305.

[91] Cfr. N. 106, 173, 195, 226.

[92] Cfr. Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 17 IV 1630, AV, Nunz.Pol. 42A f. 56r.

[93] Cfr. A. 1, 4, 5.

[94] Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 20 XII 1629, or. AV, Nunz.Pol. 42 f. 121rv.

tabant. Nam dignitas cardinalis tunc temporis tam iuvenili aetate nisi nepotibus pontificiis et filiis principum conferri non solebat. Itaque mox Urbanus VIII iuvenem cardinalem sequentibus gratiis atque honoribus abundanter cumulavit. Contulit enim ei lucrosissima beneficia, sicut abbatias in Anghiari[95], Rusello[96], Collepepe[97], altariam Cremonensem[98], praeposituram Ferrariensem[99]. Insuper concessit ei annuam pensionem pontificiam[100] et archiepiscopum Theatinum (11 III 1631)[101] ac legatum suum Bononiae (2 VI 1631)[102] eum nominavit. Die autem 29 mensis Februarii a. 1631 papa, suasore et auctore Sigismundo III, "comprotectorem" Regni Poloniae eum designavit[103]. Mense Iulio a. 1631 Antonius Santa Croce rite suscepit munus legati pontificii Bononiae et post plus quam unius anni commorationem Romam reliquit[104]. Ut scripsit Caietanus Moroni, Antonius in memoria Bononiensium remansit tamquam sacerdos pientissimus et pauperum tutor liberalissimus[105]. Cum novus legatus pontificius Bononiae ab Urbano VIII nominatus esset, archiepiscopus Theatinus mense Augusto a. 1634 in dioecesim suam se contulit. Residebat plerumque in ipsa urbe principe dioecesis suae, vel Histonii (alias Vasti) aut in Francavilla[106]. Eodem tempore archiepiscopatum Urbinatensem ambire coepit[107]. Huic ambitioni a. 1636 satis factum est[108]. Ergo mense Augusto eiusdem anni urbem pincipem archiepiscopatus sui demigravit[109]. Sed iam a. 1638, haud dubie propter affectam valetudinem, huic muneri renuntiare cogitabat. Tandem a. 1639 summus pontifex assensus est, ut Antonius Santa Croce regimini archiepiscopatus renuntiaret[110], et instar compensationis pro amissis proventibus ei summam 1000 scutatorum nummum annuatim ex reditibus prioratus Vertenatensis provenientium assignavit et insuper annuam pensionem, etiam 1000

---

[95] Cfr. Antonius Santa Croce ad card. Franciscum Barberini, Varsaviae, 23 III 1630, AV, Nunz.Pol. 42A f. 42r.

[96] Beneficium collatum 8 I 1633, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. IX, doc. 25.

[97] A. 1631 licentiam accepit bona huius abbatiae locandi, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. I, doc. 9.

[98] Collata ei est 16 X 1630, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. X, doc. 19.

[99] Collata ei est 27 III 1631 r., AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 13, doc. 41.

[100] 110 scutos quotannis, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/1.

[101] AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/9.

[102] Hoc die Urbanus VIII nominationem promulgavit, cfr. Antonius Santa Croce ad Thaddaeum Barberini, BV, Barb.Lat. 8754 f. 4r. "Facultates" ex cancellaria 24 VI 1631, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/2, 11/3, 11/20 et cass. X, doc. 16.

[103] Garampi 101.

[104] Antonius Santa Croce ad Annam Colonna, Bononiae, 6 VII 1631, BV, Barb.Lat. 8754 f. 5r.

[105] Moroni LXI, p. 60.

[106] Cfr. epistulas Antonii Santa Croce ad Urbanum VIII et Thaddaeum Barberini 2 VII et 2 X 1634, 18 IV et IV 1635, 3 V 1636 datas, BV, Barb.Lat. 8755 f. 326r, 327r, 329r, 330r, 345r.

[107] Cfr. litteras Antonii Santa Croce ad Thaddaeum Barberini 24 I et 3 V 1636 datas, BV, Barb.Lat. 8755 f. 342r, 345r.

[108] Nominatio ad archiepiscopatum Urbinatensem promulgata est 21 VI 1636, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 11, doc. 4.

[109] Antonius Santa Croce ad Thaddaeum Barberini, Urbini, VIII 1636, BV, Barb.Lat. 8756 f. 32r.

[110] Antonius Santa Croce ad Thaddaeum Barberini, Urbini, 23 II 1639, BV, Barb.Lat. 8755 f. 384r.

scutatorum nummum summam, ex possessionibus episcopatus Lyciensis ei concessit[111]. Quae pecunia, una cum reditibus ex bonis familiae suae profectis et prius collatis ei beneficiis (quae saepe partibus locare solebat), vere stipendium principe dignum vocari poterat[112]. Ita optime instructus, Antonius Santa Croce Romae domicilium collocare potuit et de impetrando aliquo honorifico munere, ex iis, quae de more in cardinales conferebantur, cogitare coepit. Itaque iam a. 1638 nominatus est protector Ordinis Fratrum Minimorum s. Francisci a Paula[113]. Inde ab a. 1639 intererat sessionibus variarum Congregationum Romanarum - praeter alias Congregationis Episcoporum et Regularium ac de Propaganda Fide[114]. Cognatos et affines suos adiuvabat in ascendendo superiores honorum gradus, praesertim Marcellum, ex fratre nepotem, qui statum ecclesiasticum ingressus est. Sed propter valetudinis infirmitatem maiores reportare successus non iam potuit. Obiit Romae 25 die Novembris a. 1641 aetate vix 42 annorum[115]. Sepultus est in ecclesia Sanctae Mariae in Publicolis, ubi hodie etiam eius splendidum epitaphium admirari possumus. Gens Santa Croce etiam postea multum in Ecclesia valuit et cum Polonia artioribus vinculis iuncta mansit. Nam iam supra memoratus nepos nuntii Marcellus et eiusdem Marcelli nepos ex fratre, Andreas, cardinales facti sunt, quorum alter "comprotector" Regni Poloniae, alter nuntius in Polonia fuerunt.

---

111 AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 27/1, 2.

112 Insuper notum est Antonium Santa Croce sub finem vitae, praeter has duas pensiones ex prioratu Vertenatensi et episcopatu Lyciensi, accepisse 8000 scutatorum nummum titulo "primogeniturae", 500 scutatos nummos ex locatione praepositurae Ferrariensis, 200 ex locatione bonorum abbatiae Collepepe, 600 scutatos nummos pensionis annuae ex bonis episcopatus Casertani, 110 scutatos nummos pensionis pontificiae et alios non melius notos proventus ex aliis beneficiis proficiscentes. Cfr. rationes Antonii Santa Croce AS, ArSC 557 sf. et notam 94-99.

113 11 IX 1638, AS, Coll.Perg., Roma, Fam.Santa Croce, cass. 2, doc. 11/7.

114 Albero di Casa Santa Croce, AV, ASCr 50 s.f. et Kraus PSS, p. 282.

115 Gauchat HC, p. 29.

2. De fontibus ad nuntiaturam Antonii Santa Croce pertinentibus.

Exigua tantum pars epistularum commercii Antonii Santa Croce ad dies nostros asservata est, quamquam superest hactenus tabularium gentilicium nuntii olim in Polonia, quod nunc in **Tabulario Publico** Romano (Archivio di Stato) in sectione **Archivio Santa Croce** servatur et - praeter alia - multa scripta ad vitam ipsius spectantia et non paucas epistulas continet, sed parva tantum horum documentorum pars complectitur annos, quos nuntius in Polonia transegit. Quorum maioris momenti est haud dubie fasciculus numero 774 signatus, numeratione paginarum carens, qui continet 13 concepta epistularum Antonii Santa Croce notulis arcanis scriptarum, ad Franciscum Barberini inde a 3 II usque ad 20 IX a. 1629 datarum, et 846 originales epistulas ab aliis personis ad Antonium Santa Croce scriptas, spatium temporis a 1 I ad 31 XII a. 1629 comprehendentes. 281 earum sunt epistulae gratulatoriae propter dignitatem cardinaliciam ei collatam missae, quae inter dies 25 XI et 20 XII a. 1629 datae erant, reliquae 52 epistulae, inde a 30 XI usque ad 22 XII a. 1629 datae, continent felicitatis vota, data occasione festivitatum ecclesiasticarum facta. Inter residua 541 scripta habentur epistulae originales Francisci Barberini et aliorum cardinalium (plerumque card. Laurentii Magalotti), aliorum nuntiorum (praesertim Ioannis Baptistae Pallotto), Sigismundi III, principis Vladislai, episcoporum Polonorum (inter quos primum locum obtinent Ioannes Wężyk archiepiscopus Gnesnensis, Martinus Szyszkowski episcopus Cracoviensis, Stanislaus Łubieński episcopus Plocensis), et procerum Poloniae, complurium praepositorum Ordinum religiosorum, generalium ac provicialium, variorum denique clientium familiae Santa Croce. Praesertim luculenta est amplissima collectio epistularum Caroli de Bonnières, baronis d'Auchy, regis Hispaniae in Polonia oratoris. Haec composita esse videtur ex epistulis ipsius nuntii et ad nuntium datis, quae tamen in specialibus capsulis epistularum commercii inter nuntium et Secretariatum Status atque inter nuntium et Congregationes Romanas intercedentis collocatae non sunt. Pars autem epistularum a Francisco Barberini a. 1629 datarum vel ab ipso acceptarum procul dubio perperam illuc est inserta.

Pro dolor, similes fasciculi ad alios annos pertinentes vel registra commercii epistularum, quod nuntio cum Secretariatu Status et Congregationibus Romanis erat, ad dies nostros non pervenerunt. Reliquae enim epistulae nuntii nostri, in Tabulario Santa Croce repertae, inter res aetate posteriores sparsae apparent. In fasciculo numero 210 signato, continente epistulas variarum personarum ad Antonium Santa Croce a. 1634-1638 datas, casu quodam fortuito collocatae sunt litterae originales, anno et die, quo scriptae erant, carentes, archiepiscopi Leopoliensis, Ioannis Próchnicki, nuntio nostro inscriptae. In fasciculo autem numero 1159 praedito inter epistulas ad Antonium Santa Croce a. 1632-1634 scriptas reperiuntur etiam epistu-

lae cardinalium Francisci Cennini et Roberti Ubaldini, utraque die 9 III 1630 data. Deinde sub numero 1188, in capsula litteras continente, quae ad Antonium Santa Croce a. 1624-1640 perveniebant, inveniri possunt tres epistulae originales Antonii Barberini (minoris) et Nicolai Ricci, spatium temporis a 14 X 1628 ad 4 V 1630 comprehendentes[116].

Ex Archivo Santa Croce exclusa sunt documenta membranacea (partim et chartacea), quae ab operariis tabularii in collectione, scripta in membrana exarata continente, sub voce Coll. Perg., Roma, Famiglia Santa Croce collocata sunt. In capsulis numeris 2 et 14 signatis praeter alia continentur originalia quinque "facultatum" et litterarum credentialium[117], diploma nominationis cardinaliciae, testimonium scriptum de pensione pontificia nuntio assignata, litterae commendaticiae praepositi generalis Societatis Iesu, Mucii Vitelleschi, Antonio Santa Croce datae. Omnia haec scripta intervallum temporis comprehendunt a 30 III 1627 ad 20 III 1630. In eisdem capsulis, etiam sub numeris vicinis, reperire possumus multa documenta vitam nuntii nostri illustrantia.

Pars autem tabularii gentilicii familiae Santa Croce - 55 capsulae - in Tabularium Secretum Vaticanum translata est. Hic in quibusdam fasciculis invenimus tantum epistulas Antonii Santa Croce, ad temporis spatia pertinentes, quibus vel munus nuntii ei nondum erat commissum vel illud iam absolverat. In alio fasciculo reperiuntur res ad vitam ipsius nuntii cognoscendam et eius gentis genealogiam illustrandam spectantes.

Epistularum commercium, quod nuntio cum Secretariatu Status intercedebat, servatur in **Tabulario Secreto Vaticano**, praesertim in sectione **Nunziatura di Polonia** nuncupata. Originales epistulae Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini datae in sequentibus voluminibus continentur:

- Ms. 41, "Lettere del nuntio in Polonia 1627" inscriptum, in f. 55r-58v, 64r et 82r-203r, continet 52 epistulas et novitates ("avvisi") inde a 3 V ad 24 XII 1627 missas.

- Ms. 42, "Lettere di nuntio in Polonia del 1629" nuncupatum, continet in 131 foliis 63 epistulas et novitates ("avvisi"), temporis spatium a 6 I ad 26 XII 1629 complectentes.

- Ms. 42A, cui titulus est "Lettere del nuntio in Polonia 1630 e 1631", continet in f. 1r-66r 33 epistulas et "avvisi" inter 1 I et 4 VI 1630 scripta, et in f. 67r invenitur epistula internuntii Cypriani Bardini ad Franciscum Barberini 13 VI 1630 data.

- Ms. 40, "Cifere del nuntio in Polonia dal 1626 fin a Maggio 1630" inscriptum, in f. 49r- 527r continet 113 epistulas notis arcanis exaratas una cum "decifratis", spatium temporis a 30 V 1627 ad 7 V 1630 complectentes.

---

[116] Omnes fasciculi supra nominati numeratione paginarum carent.

[117] Hic repertae sunt epistulae originales (iis, quibus inscriptae erant, non redditae) ad card. Ernestum Harrach (cass. 14, perg. 34 s.f.), archiducem Leopoldum Austriacum (ut supra), ad episcopos Polonos (sine inscriptione, ut supra - 6 exemplaria), ad nobilem quendam Polonum (sine inscriptione, cass. 14, perg. 19 - 1 exemplar).

In eodem fasciculo servantur etiam 12 concepta seu minutae epistularum, "in cifra" scriptarum, Francisci Barberini ad Antonium Santa Croce a 6 XI 1627 ad 23 XII 1628 datarum, necnon exemplar, die et anno carens, instructionis ad usum nuntii apparatae (a. 1629).

- Ms. 44, in f. 3r-6v, continet relationem nuntii (die et anno carentem) ad usum successoris apparatam, cui titulus: "Relazione del Cardinale di Santacroce intorno all'elezione del futuro Re di Polonia, mandata dal Cardinal Segretario di Stato a Monsig. Nunzio di Polonia".

- Ms. Add. 3, fasc. 2 (s.f.), continet epistulas variarum personarum ex Polonia ad card. Cosmum de Torres, ad Congregationem de Propaganda Fide et ad Franciscum Barberini missas, inter quas inveniuntur quoque quattuor epistulae Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini a 24 VII ad 3 IV 1628 datae.

In eadem collectione - ms. 174A - servatur registrum epistularum Francisci Barberini ad nuntios in Polonia, inscriptum "Alli monsignori Lancellotto e S. Croce, Lettere di Roma in Polonia, 1623 per tutto 1631"[118], in f. 111v-164v commercium epistularum, quod ei cum Antonio Santa Croce a 19 VI 1627 ad 25 IV 1630 intercedebat, continens.

Fragmenta epistularum commercii, quod nuntio cum Secretariatu Status erat, etiam in aliis collectionibus reperiri possunt. Itaque in **Avvisi** - in ms. 135 (s.f.) - inveniuntur sex "avvisi", quae Antonius Santa Croce a 14 X 1628 ad 6 IX 1629 Romam misit. In **Nunziatura di Germania**, in ms. 117, continente litteras et epistulas notis arcanis scriptas Caroli Carafa, nuntii Vindobonensis, a. 1627 datas, reperire potuimus originalem epistulam Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini 30 V 1627 scriptam.

Nunc nominemus oportet collectiones, quibus brevia pontificia, cum nuntiatura Antonii Santa Croce coniuncta, continentur.

Itaque in registris **Secretariatus Brevium** inveniuntur "facultates" nuntio nostro concessae. In ms. 724, in f. 65r-77v leguntur 5 documenta 30 III 1627 edita; in ms. 725, in f. 286r habetur unum breve 28 IV 1627 datum; in ms. 726, in f. 278r-280v - unum breve 3 VI 1627; in ms. 732, in f. 327r-328v - unum breve 11 XI 1627; in ms. 739, in f. 549r-v - unum breve 19 VIII 1628 datum.

Brevia ad Antonium Santa Croce servantur etiam in aliis collectionibus Tabularii Vaticani. Sic in sectione **Nunziatura di Polonia** ms. Add. 5, in fasciculo 7, exemplaria varii generis documentorum papalium, quae in Poloniam mittebantur, continente, incidimus in breve pontificium 19 II 1628 editum. Similia scripa continentur quoque in sectione **Armaria** appellata. Itaque in Armario 38, ms. 12, collocata sunt originalia brevia pontificia a. 1628-1630 data, praeter alia - tria documenta Antonio Santa Croce inscripta, quae inter 18 II et 19 IX 1629 ad eum missa sunt. In Armario autem 42,

---

[118] Hoc fasciculo continentur etiam epistulae ad Honoratum Visconti datae, cfr. Biliński ANP, p. XIX.

ms. 63, in quo posita sunt brevia a. 1629 scripta, eorundem scriptorum exempla reperiuntur.

In collectione vero **Epistolae ad Principes** nuncupata, in registro 41, in f. 110r-112v et 259r-270r, exstant 28 litterae credentiales pro Antonio Santa Croce ad varios principes et proceres 17 VI 1627 datae; in registro autem 44, in f. 95v-96r, legitur unum breve nuntio nostro inscriptum, 12 XII 1629 datum.

Insuper varia scripta ad historiam nuntiaturae, de qua hic sermo est, pertinentia in aliis Tabularii Vaticani sectionibus sparsa inveniuntur.

Ita in collectione, quae **Miscellanea Armaria** nuncupatur, in ms. I 84, in f. 18r-21v, reperimus exemplar instructionis in usum Antonii Santa Croce apparatum, die et anno non praeditum (sed certo a. 1629 confectum), et in ms. I 85, in f. 96r-v, invenimus exemplum brevis pontificii 19 II 1628 editi, Antonio Santa Croce inscripti[119].

In sectione **Nunziatura di Venezia**, in voluminibus epistularum commercium card. Friderici Cornaro continentibus, inveniuntur in ms. 372, in f. 133r-v et 355r, duae originales epistulae ad Antonium Santa Croce 17 XII 1630 et 29 I 1630 datae; in ms. vero 373, in f. 91r et 211r, habentur duae epistulae originales ipsius Santa Croce 8 I et 18 II 1630 scriptae.

In collectione **Fondo Borghese** dicta, in ms. I 469-474 (in fasciculo "miscellanea" annorum 1628-1635 continente), servatur originalis epistula Raphaelis Korsak, episcopi Haliciensis uniti, ad Antonium Santa Croce 6 I 1629 data, et exemplar "processus informativi" eiusdem episcopi Raphaelis Korsak; in ms. autem I 99 (in registro epistularum card. Scipionis Borghese a. 1630 datarum), in f. 178v-179r invenitur una epistula ad Antonium Santa Croce 6 III 1630 scripta.

Praeter supramemorata scripta nominandi sunt etiam "processus informativi" episcoporum, a nuntio Varsaviensi peracti ac celebrati. Huiusmodi documenta in **Archivo Consistoriali** in serie **Processus Consistoriales** nuncupata servantur. In volumine nr 24 habentur acta trium processuum a. 1627 peractorum et in volumine nr 25 acta trium reliquorum, qui a. 1627-1628 celebrati sunt.

Ut iam diximus supra, "Libri Gratiarum" nuntiaturae Antonii Santa Croce ad dies nostros non sunt asservati[120].

Multa praeterea documenta ad nuntiaturam, de qua hic agitur, spectantia in **Bibliotheca Vaticana**, praesertim in collectione **Barberini Latini**, quae dicitur, asservantur.

Repertum certo maximi momenti est hic ms. 6584, cui titulus: "Polonia, Santa Croce 1627-1630", in cuius fasciculo continentur epistulae originales Antonii Santa Croce. In 237 paginis hic exstant duae versiones concepti litterarum Francisci Barberini ad Antonium Santa Croce, 24 IV 1627 data-

---

[119] Exemplar eiusdem scripti servatur etiam in Nunz.Pol. Add. 3, vide supra.

[120] Cfr. Meysztowicz ANV, p. 83.

rum, et 107 originales epistulae Antonii Santa Croce ad varios Barberini scriptae, maximam partem ad Franciscum Barberini datae, aliquae autem Carolo, Thaddaeo, Antonio minori inscriptae. Primae quattuor earum a. 1627, tres extremae a. 1629, reliquae centum a. 1628 scriptae erant. Hoc ergo volumen implet lacunam in sectione Nunziatura di Polonia exstantem.

Aliquot scripta, aliunde nobis ignota, servantur etiam in duobus voluminibus, quae continent registra comercii epistularum Congregationis Sancti Officii[121]. Itaque in ms. 6335, epistulas a. 1627 scriptas continente (in f. 223v-223r et 288r), reperiuntur duae epistulae ad Antonium Santa Croce 11 IX et 13 XI 1627 datae, et in ms. 6336 (in f. 55v-318v) - sex epistulae ad nuntium Varsaviensem a 26 II ad 18 XI 1628 missae.

In ms. 6261 (quod est registrum epistularum Francisci Barberini ad varias personas a. 1630 datarum) in f. 70v invenitur epistula ad internuntium Cyprianum Bardini 20 VII 1630 scripta. Responsum autem eiusdem Bardini, 15 VIII 1630 datum, reperimus in ms. 6659 (id est in fasciculo originalium litterarum ad Franciscum Barberini a variis personis a. 1621-1630 datarum) in f. 39r.

Reliqua volumina in eadem collectione servata, quae documenta ad historiam nuntiaturae Antonii Santa Croce attinentia continent, nil aliud sunt quam copiaria, in quibus textus, ex originalibus vel registris iam notos, reperimus.

Ms. 6158 est copiarium epistularum Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini missarum, in quo continentur 52 scripta, spatium temporis inde a 1 I usque 30 XII 1628 comprehendentia, nobis iam ex originalibus in Bibliotheca Vaticana, Barb.Lat. 6584, custoditis cognita.

Ms. autem 6159 est copiarium epistularum Antonii Santa Croce et Cypriani Bardini ad Franciscum Barberini datarum et continet 34 documenta, quae temporis intervallum 1 I - 13 VI 1630 complectuntur, et ex originalibus in Archivo Vaticano, Nunz.Pol. 42A, servatis iam nota sunt.

Ms. 6226 est copiarium epistularum Francisci Barberini ad nuntios in Polonia, qui a. 1623-1631 munere suo fungebantur, datarum et praeter alia continet 204 epistulas ad Antonium Santa Croce a 19 VI 1627 ad 25 IV 1630 missas, quas ex registro in Archivo Vaticano servato, Nunz.Pol. 174A, iam novimus.

Ms. vero 2197 est copiarium brevium papalium ad principes a. 1627 datorum, in quo praeter alia continentur 28 exempla litterarum credentialium 17 IV 1627 emissarum, quas etiam ex registro in Archivo Vaticano exstante, Ep. ad Princ. 41, iam novimus.

Similiter ms. 2200 est copiarium, annos 1629-1630 comprehendens, quod continet etiam unum exemplar brevis pontificii ad Antonium Santa

---

[121] Ex forma epistularum patet eas a cardinali - secretario Congregationis subscriptas esse, qui a. 1627-1628 fuit Antonius Barberini (maior).

Croce 12 XII 1629 dati, iam ex registro in Archivo Vaticano custodito, Ep. ad Princ. 44, nobi cogniti.

Etiam in alia collectione Bibliothecae Vaticanae, scilicet in **Collectione Chigi**, in ms. M I 20, quod est copiarium epistularum Ioannis Baptistae Agucchia, variis temporis intervallis scriptarum, inveniuntur (in f. 155v, 160r-v) duo exempla litterarum ad Antonium Santa Croce 6 et 27 III 1627 datarum.

Magni momenti multaque documenta custodiuntur etiam in **Tabulario Sacrae Congregationis de Propaganda Fide**. Epistulae ex Congregatione ad nuntium nostrum missae inveniuntur in sequentibus registris collectionis **Lettere Volgari**: ms. 6 continet 13 epistulas ad Antonium Santa Croce a 15 V ad 19 XI 1627 scriptas; ms. 7 habet 11 epistulas a 1 III ad 22 XI 1628 datas; in ms. 8 continentur 15 epistulae a 20 I ad 8 XII 1629 missae; in ms. 10 reperitur una tantum epistula ad nuntium nostrum 9 II 1630 data[122].

Instructiones, in Congregatione ad usum nuntii apparatae, inveniuntur in registro nr 1 sectionis **Istruzioni**, ubi reperimus sex instructiones ad usum Antonii Santa Croce, quae temporis spatio a 1 III 1627 ad 6 VI 1629 comparatae erant.

Originales autem epistulae Antonii Santa Croce ad cardinalem praefectum vel secretarium Congregationis missae servantur in collectione **Scritture Originali riferite nelle Congregationi Generali**, in fasciculis continentibus commercium epistularum et acta Congregationis ad Ecclesiam Unitam Ruthenorum pertinentia.

Itaque ms. 67, in f. 326r-339bis, continet 7 epistulas cardinalis praefecti Ludovici Ludovisi a 10 VII ad 22 X 1627 scriptas.

In ms. 69, in f. 380r-413r, inveniuntur 13 epistulae ad card. Ludovicum Ludovisi a 12 XI 1627 ad 5 VIII 1628 datae et quattuor epistulae ad secretarium Congregationis, Franciscum Ingoli, a 28 I ad 19 VIII 1628 missae.

Ms. 57, in f. 86r- 140r, continet duas epistulas ad card. Ludovicum Ludovisi 28 X et 4 XI 1628 datas, 14 epistulas ad cardinalem praefectum Octavianum Bandini a 4 XI 1628 ad 14 IX 1629 scriptas, unam epistulam ad card. Robertum Ubaldini 3 III 1629 missam, sex epistulas ad Franciscum Ingoli a 4 XI 1628 ad 14 IX 1629 datas et originalem epistulam, die et anno non instructam, metropolitae Kioviensis uniti, Iosephi Velamini Rutski, ad Antonium Santa Croce (verisimilter mense Augusto a. 1629) scriptam.

Ms. 132, in f. 295r-313r, habet sex epistulas ad cardinalem praefectum Ludovicum Ludovisi a 20 II ad 29 III 1630 datas et quattuor epistulas ad Franciscum Ingoli a 3 X 1629 ad 12 IV 1630 exaratas.

---

[122] In registris habentur solummodo textus epistularum, quae a secretario vel praefecto Congregationis subscribebantur. Qui fuissent earum auctores, ex responsis nuntii statui potuit, qui semper mentionem facit litterarum praecedentium.

Ms. 337, in f. 432r-433r, continet unam epistulam ad card. Octavianum Bandini 17 III 1629 scriptam. Insuper in f. 427r-429r, 444r-v, 484r hic etiam inveniuntur duo concepta epistularum ex Congregatione ad nuntium missarum (una earum die et anno caret, altera 22 VI 1629 data est) et conceptum instructionis 6 VI 1629 praeparatae.

Ms. 336, in f. 415r, continet originalem epistulam Ludovici Piazzoli, secretarii nuntiaturae Varsaviensis, ad Congregationem 5 IV 1630 missam.

Originales epistulae nuntii servantur etiam in collectione **Scritture riferite nei Congressi** in sectione **Visite e Collegi** appellata, quae continet commercium epistularum Congregationis cum collegiis pontificiis coniunctum. Sic in volumine nr 6 in f. 170r exstat epistula ad cardinalem praefectum Ludovicum Ludovisi 11 II 1628 data; in volumine autem nr 7, in f. 7r, invenitur epistula ad eundem 30 XII 1628 scripta et f. 156b r-v litterae ad Franciscum Ingoli 5 VII 1629 missae.

Explorationes in tabulariis aliarum Congregationum Romanarum factae nullum tulerunt fructum. Solummodo in **Archivo Congregationis Sacrorum Rituum,** quod nunc in Tabulario Congregationis de Causis Sanctorum custoditur, in sectione **U: "Positiones",** sub numero 7390, reperiri potuit epistula Antonii Santa Croce ad cardinalem praefectum Ioannem Baptistam Deti 17 I 1628 data[123].

Res minores etiam in quibusdam aliis collectionibus Romanis reperire valui. Itaque in **Tabulario Doria Landi Pamphili**, in sectione **Archiviolo,** sub numero 123 servatur copiarium epistularum episcopi Plocensis Stanislai Łubieński[124]. Hic praeter alia inveniuntur tria exemplaria epistularum ad Antonium Santa Croce ab 8 VIII ad 1 XII 1629 datarum[125]. Deinde in **Archivo Romano Societatis Iesu**, in sectione **Epistulae Nostrorum**, continente registra epistularum a praepositis generalibus Societatis missarum, in volumine nr 2 (spatium annorum 1584-1629 comprehendente) servantur sex epistulae ad nuntium Santa Croce a 25 XI 1627 ad 16 XII 1628 scriptae, in volumine autem nr 3 (quod complectitur annos 1629-1633) inveniuntur tres epistulae ad eundem a 15 IX 1629 ad 15 I 1630 missae.

In **Tabulario Publico Florentino** (Archivio di Stato) custoditur tabularium familiae Magalotti (**Archivio Magalotti**), quod maximam partem constat ex hereditate card. Laurentii Magalotti[126], cui cum Antonio Santa Croce continuum epistularum commercium fuisse scimus[127]. Sed, eheu, cum bis Florentiae fuissem et collectionem, quam perscrutari mea maxime intererat, accedere voluissem, cognovi maiorem partem voluminum interim adiri non posse. Reperire solum potui in fasciculo 1 ms. 33, registra epistularum

---

[123] Summarium huius epistulae publicavit Victor Gramatowski SJ, cfr. Gramatowski, p. 228.

[124] Vide Biliński ANP, p. XXVI.

[125] Alia exemplaria earundem epistularum continentur in ms. Wrocław, BOss 157 II, vide infra.

[126] Camerani, p. 257-280.

[127] Cfr. supra p. XX.

cardinalis continente, unam epistulam ad Antonium Santa Croce 25 V 1627 scriptam.

Ut asserit Adalbertus Biliński, in **Archivio Storico Civico e Biblioteca Trivulziana,** in sectione **Archivio Visconti di Saliceto,** servatur scriptum, cui titulus: "Breve relatione dello stato del Regno di Polonia a Mons. Ill.mo Nuntio di Sua Santità nel 1630", cuius auctor est Antonius Santa Croce[128].

In collectionibus autem Polonis pauca tantum scripta, ad nuntiaturam Antonii Santa Croce pertinentia, reperiri potuerunt. In **Tabulario Principali Actorum Antiquorum** Varsaviensi, in sectione **Libri Legationum**, in f. 372r, servatur unum exemplar litterarum Stanislai Łubieński, Regni Poloniae, vicecancellarii, ad Antonium Santa Croce 16 IV 1627 datarum.

In eodem tabulario, in sectione **Archivum familiae Zamoyski,** ms. 302 nr 4, servatur una tantum epistula originalis Antonii Santa Croce ad vicecancellarium Regni Poloniae, Thomam Zamoyski, mense Novembri a. 1628 missa (dies deest).

In **Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae Cracoviensi**, in ms. 347 in f. 57r, invenitur una originalis epistula Antonii Santa Croce ad Leonem Sapieha 17 III 1630 data.

In **Bibliotheca Principum Czartoryski Cracoviae**, in ms. 359, servantur tria exempla epistularum Sigismundi III ad Antonium Santa Croce a 13 XII 1629 ad 15 IV 1630 datarum.

In **Bibliotheca Instituti Nationalis Ossoliniani** Vratislaviae, in ms. 157 in f. 4r-211v , inveniuntur 33 exempla epistularum episcopi Plocensis Stanislai Łubieński ad Antonium Santa Croce a 18 I 1628 ad 11 VI 1630, unum exemplum litterarum eiusdem ad internuntium Cyprianum Bardini datarum (sine die et anno) et quinque exempla epistularum Antonii Santa Croce ad eundem ab 8 VIII 1628 ad 1 X 1629 scriptarum.

In operibus, quorum argumenta quadamtenus cum nuntiatura Polona coniuncta sunt, adhuc duo tabularia memorantur, in quibus reliquiae commercii epistularum Antonii Santa Croce servantur. In collectionibus manuscriptorum Musei Nationalis Ucraini, quod est Leopoli, ante novissimum omnium gentium seu pancosmium bellum servabatur "Codex Santa Croce" nuncupatus, continens commercium epistularum nuntii nostri cum metropolita Iosepho Velamino Rutski (Rutskyj) habitum, cuius partem publicaverunt editores Ucraini[129]. Haec manuscriptorum collectio usque ad dies nostros efficit partem eiusdem Musei Nationalis, quod tamen in alia sede collocatum est. Pro dolor, codex epistulas ad nuntium nostrum datas continens

---

[128] Hoc documentum Adalbertus Biliński agnovit esse instructionem ad usum Honorati Visconti compositam et publicavit eam in tomo huic nuntio dicato, cfr. Biliński ANP, p. 16 -32.

[129] Cfr. Welykyj EM I, p. 199-200, 203-204, 208-209, 209-210, 230-237; Welykyj LE I, p. 152-153, 171-172, 177-178, 197-202, 212-217; Šeptyckyj MUH II, p. 114-115; Šeptyckyj MUH IX/X, p. 627, 640, 659, 665-666, 711, 722-725, 732-739; Kryp'jakevyč, p. 21-23.

interiit, ut me per litteras edocuit Basilius Otkovyč, eiusdem Musei Leopolitani moderator.

Aliud vestigium debeo Platoni Žukovyč, qui accuratius descripsit epistulam Antonii Santa Croce ad metropolitam Rutski 18 VIII 1629 scriptam, in Tabulario Metropolitarum Unitorum Petropoli olim a se repertam[130]. Attamen nullo pacto statuere potui, quae fuisset illius tabularii fortuna posterior.

Separatim memorandum est de apographis documentorum iam supra nominatorum, quae in collectionibus Vaticanis servantur, a participibus "expeditionum Romanarum" Academiae Scientiarum et Litterarum Polonae a. 1890-1893 confectis. Huiusmodi apographa in Bibliotheca Academiae Scientiarum Polonae Cracoviae in ms. 8390, 8402 (in "Thecis Romanis", quas vocant, 49, 62) nunc custodiuntur[131].

XXX

Primam publicationem fontium ad historiam nuntiaturae Antonii Santa Croce pertinentium debemus Augustino Theiner, qui tertio volumine illius magni operis sui (ed. 1863) publici iuris fecit litteras credentiales pro eo ad Sigismundum III datas[132].

Deinde Ioannes (Ivan) Kryp'jakevyč publicavit litteras metropolitae Iosephi Velamini Rutski ad nuntium Santa Croce scriptas, ad synodum Leopolitanam a. 1629 celebratam spectantes[133].

Alius editor epistularum Antonii Santa Croce fuit Eugenius Šmurlo, qui publicavit fragmenta epistularum commercii, quod nuntio nostro cum Sacra Congregatione de Propaganda Fide a. 1628 et 1629 intercedebat et quod praesertim ad convocandam communem synodum unitorum et orthodoxorum pertinebat[134].

Duo brevia pontificia Antonio Santa Croce inscripta edidit Anicetus Chiappini, editor magnificae selectionis fontium historiam Ordinum Franciscanorum illustrantium[135].

Permulta scripta ad historiam nuntiaturae Antoniii Santa Croce pertinentia divulgata sunt etiam duabus editionibus Romanis, quae a viris doc-

---

[130] Žukovyč, p. 500.

[131] Ms. 8390 (Theca 49) est copiarium registri epistularum Francisci Barberini ad nuntios Ioannem Baptistam Lancellotti, Antonium Santa Croce et Honoratum Visconti datarum, quod servatur in AV, Nunz.Pol. 174A. Ms. 62 continet exemplaria epistularum et "cifrarum" Antonii Santa Croce ad Franciscum Barberini missarum, quae servantur in AV, Nunz.Pol. 40, 41, 42, 42A.

[132] Cfr. Theiner VMPL III, p. 387-390.

[133] Kryp'jakevyč, p. 21-23.

[134] Šmurlo SSOO, p. 44-76.

[135] Chiappini VI, p. 502-503, Chiappini VII, p. 662.

tis Ucrainis publicantur et quae "Analecta Ordinis Sancti Basilii Magni"[136] et "Monumenta Ucrainae Historica"[137] inscribuntur.

Denique recentioribus annis Victor Gramatowski SJ publicavit summaria duarum epistularum Antonii Santa Croce, de quibus a. 1627 et 1630 in sessionibus Sacrae Congregationis Rituum disputabatur[138].

Addendum est tandem non paucos rerum gestarum scriptores - in componendis operibus suis - commercio epistularum Antonii Santa Croce saepe nixos esse, ex quibus hic nominare liceat Adamum Szelągowski, auctorem libri de bello Pruthenico inter Suecos et Polonos a. 1626-1629 gesto conscripti, ac Ioannem Seredyka et Annam Filipczak-Kocur[139], qui investigandis comitiis Regni Poloniae generalibus, eodem temporis spatio celebratis, operam dederunt.

Henricus Litwin

Latine vertit Lucianus Olech

---

[136] Welykyj LNA IV, p. 276-330, LNA V, p. 7-51, Welykyj LPF I, p. 543-598, Welykyj LE I, p. 152-217, Welykyj EM I, p. 198-237, Welykyj SJH I, p. 296-297.

[137] Šeptyckyj II, p. 91-144 et Šeptyckyj IX/X, p. 595-772.

[138] Gramatowski, p. 228, 312-313.

[139] Vide: *Studia et fontes auxiliarii.*

ITINERARIUM
nuntii Antonii Santa Croce 1627-1630

1627

27 IV	- discessit Roma (BV, Barb.Lat. 6226 f. 105v-106r).
1-4 V	- Florentiae (N. 17).
6-7 V	- Bononiae (N. 18).
9-10 V	- Mantuae (N. 19).
10-13 V	- Veronae (N. 19).
13-14 V	- Tridenti (N. 20).
Sine dato	- Hallae ad Oenum (N. 22).
24-30 V	- Vindobonae (N. 22, 26, 32).
30 V - 1 VI	- Nicolsburgi (N. 32).
17 VI	- in finibus Regni Poloniae (N. 32).
21-22 VI	- in Błonie (N. 32).
22 VI - 28 VIII	- Varsaviae (N. 32, 73, 75).
2-4 IX	- Toruniae (N. 75).
(4?) 10-19 IX	- Starogardiae (N. 80, 91).
12 IX	- in castris ad Dirsoviam (N. 88).
16 IX	- in castris ad Dirsoviam (N. 87).
19-22 IX	- Gedani (N. 91).
22-25 IX	- Starogardiae (N. 91).
23 IX	- in castris ad Dirsoviam (N. 91).
2 X	- Sochaczoviae (N. 97).
3 X - 24 XII	- Varsaviae (N. 101, 158).

1628

1 I - 30 XII	- Varsaviae (N. 166, BV, Barb.Lat. 6584 f. 226r).

1629

6 I - 18 X	- Varsaviae (AV, Nunz.Pol. 42 f. 3r, 119r, 121r).
20 X	- in "Villa Barecki" (ut supra f. 120r).
20 X - 20 XII	- propter pestem variis locis circa Varsaviam sitis, praeter alia:"in una villa regia distante 18 leghe da Varsovia" (ut supra 121r-v).

20-27 XII	- Varsaviae (ut supra f. 121r, ut supra Nunz.Pol. 40 f. 504r).

1630

1 I- 17 IV	- Varsaviae (AV, Nunz.Pol. 42A f. 1r, 56r).
22 IV	- Cracoviae (ut supra f. 63r, Kraków, BPAN 1927/1, f. 650r).
6-9 V	- Vindobonae (ut supra f. 63r, 64r).
9-11 V	- Posonii (ut supra f. 64r).
11 V	- Vindobonae (ut supra f. 64r).
19 V	- Graecii (ut supra f. 65r).
27 V	- Tergesti (ut supra f. 66r).
3 VI	- Anconae (ut supra f. 66r).
4 VI	- Laureti (ut supra f. 66r).
ante 19 VI	- Romae (ANP XXIV/1, p. 13).

INDEX FONTIUM
qui in hoc volumine publicantur

Archivum Secretum Vaticanum (AV):

- Archivum Consistoriale (AC), Processus Consistoriales (Proc.Cons.), ms. 24 f 35r-54r, 821r-842r, 865r-875r.
- " " ms. 25 f. 275r-290r, 834r-857r.
- Armarium (Arm.) 38, ms. 12 f. 126r, 250r, 334r.
- Armarium (Arm.) 42, ms. 63 f. 37r-38r, 179r-180r, 265r-266v.
- Avvisi ms. 135 s.f.
- Epistulae ad Principes (EP. ad Princ.) 41 f. 110r-112v, 259r-270r.
- " 44 f. 95v-96r.
- Fondo Borghese (F.Borghese) I, ms. 99, f. 178v-179r.
- " ms. 469-474 f. 66r-69v, 79r-83r.
- Miscellanea Armaria (Misc. Arm.) I, ms. 84 f. 18r-21v.
- " ms. 85 f. 96r-v.
- Nunziatura di Germania (Nunz.Germ.), ms. 117 f. 263r-v.
- Nunziatura di Polonia (Nunz.Pol.), ms. 40 f. 49r-527r.
- " ms. 41 f. 55r-58v, 64r, 82r-203r.
- " ms. 42 f. 1r-131r.
- " ms. 42A f. 1r-67r.
- " ms. 44 f. 3r-6v.
- " ms. 174A. f. 111v-164v.
- " ms. Addit. 3, fasc. 2 s.f.
- " ms. Addit. 5, fasc. 7 s.f.
- Nunziatura di Venezia (Nunz.Ven.), ms. 372 f. 133r-v, 355r.
- Nunziatura di Venezia (Nunz.Ven.), ms. 373 f. 91r, 211r.
- Secretariatus Brevium (Secr.Brev.), ms. 724 f. 65r-77v.
- " ms. 725 f. 286r.
- " ms. 726 f. 278r-280v.
- " ms. 732 f. 327r-328v.
- " ms. 739 f. 549r-v.

Bibliotheca Apostolica Vaticana (BV):

- Cod. Barberini Latini (Barb.Lat), ms. 2197 f. 59v-61r, 158r-169r.
- " ms. 2200 f. 56v-57r.
- " ms. 6158 f. 1r-42r.
- " ms. 6159 f 2r-22r.
- " ms. 6226 111v-195r.

- Cod. Barberini Latini (Barb.Lat), ms. 6261 f. 70v.
- " ms. 6335 f. 222v-223r, 288r.
- " ms. 6336 f. 55v, 98r, 141v, 244r, 262v-263r, 318r-v.
- " ms. 6584 f. 1r-237r.
- " ms. 6659 f. 39r.
- Cod. Chigiani (Chigi), ms. M I 20 f. 155v, 160r-v.

Archivum S. Congregationis de Propaganda Fide (APF):
- Istruzioni, ms. 1 f. 93v-95r, 111v-112r, 116r-117v, 127r-v, 135v-138v.
- Lettere Volgari (Lett.Volg.), ms. 6 f. 61v-62r, 67r-68v, 86r, 91v-92r, 118v-119r, 125v-126r, 133v, 135v, 151r, 166v, 176v-177r.
- " ms. 7 f. 25r-v, 88v-89r, 133v-134r, 135r-140r, 162r-163r.
- " ms. 8 f. 17v-18r, 19v, 48r, 74v-75r, 85r-v, 92v, 93v, 106v, 109v-110r, 110v-111r, f. 139v-140r, 147r-v, 159r-160r, 181v.
- " ms. 10 f. 7v-8r.
- Scritture Originali riferite nelle Congregazioni Generali (SOCG), ms. 57 f. 86r-140r.
- " ms. 67 f. 326r-339bis r.
- " ms. 69 f. 380r-413r.
- " ms. 132 f. 295r-313r.
- " ms. 336 f. 415r.
- " ms. 337, 427r-429r, 432r-433r, 444r-v, 484r.
- Scitture riferite nei Congressi (SC), Visite e Collegi, ms. 6 f. 170r.
- " ms. 7 f. 7r, 156b r-v.

Firenze, Archivio di Stato (AS):
- Archivio Magalotti (Ar.Magalotti), ms. 33, fasc. 1 s.f.

Kraków, Biblioteka Czartoryskich (BCz):
- Ms. 359 f. 390v-391r, 455v-456r, 498r.

Kraków, Biblioteka Polskiej Akademii Nauk (BPAN):
- Ms. 347 f. 57r.

Roma, Archivio della Congregazione per le Cause dei Santi (ACCS):
- Archivio della Sacra Congregazione dei Riti (ASCR), Positiones decretorum et rescriptorum (Positiones), nr 7390.
- " " nr 8271.

Roma, Archivio di Stato (AS):
- Archivio Santacroce (ArSC), ms. 210 s.f.
- " ms. 774 s.f.
- " ms. 1159 s.f.
- " ms. 1188 s.f.
- Pergamene, Roma, Famiglia Santacroce, cass. 2, perg. nr. 2/15, 4/8-9, 11/3, 11/10, 12/1-3, 14, 19.
- " " cass. 14, perg. nr 19, 34.

Roma, Archivio Doria Landi Pamphili (ADLP):
- Archiviolo, ms. 123 f. 19r, 23r-25v, 27r-v.

Roma, Archivum Romanum Societatis Iesu (ARSI):
- Epistolae Nostrorum (Eplae NN), ms. 2 f. 320v, 324v, 325v, 329v, 330r, 335v.
- " ms. 3 f. 9r, 12v, 15v.

Warszawa, Archiwum Główne Akt Dawnych (AGAD):
- Libri Legationum, ms. 30 f 372r.
- Archiwum Zamoyskich (AZ), ms. 302, nr 4.

Wrocław, Biblioteka Zakładu Narodowego im. Ossolińskich (BOss):
- Ms. 157 f. 4, 7, 12, 34-36, 44-47, 51-53, 57-61, 64-65, 73-75, 91-92, 130-133, 138-139, 143-144, 146, 150-151, 154-155, 159-160, 164, 168-169, 169a, 171, 176, 178, 183-184, 189-191, 211.

Milano, Archivio Storico Civico e Biblioteca Trivulziana (ASCBT):
- Archivio Visconti di Saliceto, caps. 33, n. 7 bb.

OPERA
in quibus scripta ad nuntiaturam Antonii Santa Croce pertinentia publicata sunt

Chiappini - *Annales Minorum seu Trium Ordinum a S. Francisco Institutorum*, ed. Aniceto Chiappini, T. 26: *(1623-1627)*, Ad Claras Aquas (Quaracchi) 1933, p. 502-503, T. 27: *(1628-1632)*, Ad Claras Aquas 1934, p. 662.

Gramatowski Wiktor SJ, *Polonika liturgiczne w Kongregacji Obrzędów 1588-1632* [Res Polonicae ad liturgiam spectantes in Congregatione Rituum a. 1588-1632], Rzym-Warszawa 1988, p. 228, 312-313.

Kryp'jakevyč - *Novi materijaly do istoriji Soboriv 1629 r.* [Nova documenta ad historiam synodorum 1629 a. pertinentia], ed. Ivan Kryp'jakevyč, "Zapysky Naukovoho Tovarystva imeni Ševčenka", T. 116, L'viv 1913, p. 21-23.

Šeptyckyj MUH II - *Monumenta Ucrainae Historica*, collegit metropolita Andreas Šeptyckyj, T. 2: *1624-1648*, Romae 1965, p. 91-144.

Šeptyckyj MUH IX/X - *Monumenta Ucrainae Historicà*, collegit metropolita Andreas Šeptyckyj, ed. metrop. Iosephus Slipyj, T. 9-10: *Supplementum (1075-1632)*, Romae 1971, p. 595-772.

Šmurlo SSOO - Šmurlo Eugène, *Le Saint-Siège et l'Orient Orthodoxe Russe 1609-1654*, Prague 1928, p. 44-76.

Theiner VMPL - *Vetera Monumenta Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia*, ed Augustinus Theiner, T. 3: *A Sixto PP V usque ad Innocentium PP XII, 1585-1696*, Romae 1863, p. 387-390.

Welykyj EM - *Epistolae Metropolitarum (Kioviensium)*, collegerunt, illustrarunt et introductione auxerunt R. P. Theodosius Halusčynskyj, P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 1: *Epistolae Josephi Velamin Rutskyj (1613-1637)*, Romae 1956, p. 198-237.

Welykyj LE - *Litterae episcoporum historiam Ucrainae illustrantes (1600-1900)*, collegit, paravit, adnotavit editionemque curavit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 1: *1600-1640*, Romae 1972, p. 152-217.

Welykyj LNA - *Litterae nuntiorum apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes (1550-1850)*, collegit, paravit, adnotavit editionemque curavit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 4: *1621-1628*, Romae 1960, p. 276-330, T. 5: *1629-1638*, Romae 1961, p. 7-51.

Welykyj LPF - *Litterae S.C. de Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantes*, collegit et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 1: *1622-1670*, Romae 1954, p. 543-598.

Welykyj SJH - *S. Josaphat - Hieromartyr. Documenta Romana Beatificationis et Canonizationis*, T. 1: *1623-1628*, Romae 1952, p. 286-297.

STUDIA ET FONTES AUXILIARII
quibus in hoc volumine apparando usi sumus

AB - *Altpreussische Biographie*, red. C. Krollmann, Königsberg 1941-1944.

Ameyden - Teodoro Ameyden, *La storia delle Famiglie Romane*, Roma 1896.

Amydenus - [Theodorus Amydenus], Vitae Cardinalium, ms. Roma AS, ArSC 95.

ASWK II - *Akta sejmikowe województwa krakowskiego* [Acta conventuum terrestrium palatinatus Cracoviensis], T. 2: *1621-1648*, ed. Adam Przyboś, Kraków 1953.

Augustyniak - *Spisek orleański w latach 1626-1628* [De coniuratione Aurelianensi a. 1626-1628], opr. Urszula Augustyniak, Wojciech Sokołowski, Warszawa 1990.

Barącz RDZK - Sadok Barącz, *Rys dziejów Zakonu Kaznodziejskiego w Polsce* [Historia brevis Ordinis Praedicatorum in Polonia], Lwów 1861.

Bartoszewicz EPO - Julian Bartoszewicz, *Santa Croce Antonio*, in *Encyklopedia Powszechna [Orgelbrandi]*, T. 22, p. 917-918.

Biaudet Henri, *Les nonciatures apostoliques permanentes jusqu'en 1648*, Helsinki 1910.

Biliński ANP, *Acta Nuntiaturae Polonae*, T. 24: *Honoratus Visconti (1630-1636)*, vol. 1: *(20 IV 1630-26 VII 1631)*, ed. Adalbertus Biliński, Romae 1992.

Blažejovs'kyj Dmytro, *Byzantine Kyivan rite students in Pontifical Colleges, and in Seminaries, Universities and Institutes of Central and Western Europe (1576-1983)*, Rome 1984.

Blet ANG - *Correspondance du nonce en France Ranuccio Scotti (1639-1641)*, par Pierre Blet SJ, Rome-Paris 1965 (ANG V).

Błaszczyk Grzegorz, *Diecezja żmudzka od XV do początku XVII wieku. Ustrój* [De dioecesi Samogitiensi a XV usque ad XVII saec. De eius ordinatione et regiminis forma], Poznań 1993.

BNB - *Biographie Nationale*, Bruxelles 1866-1986.

Borastus - *Gratulatio Cardinalitii honoris Ill.mo et Rev.mo Domino, Domino Antonio Sancta Crucio, Archiepiscopo Seleuciae et ad Ser.mum ac Potentissimum Poloniae et Sueciae Regem Nuncio Apostolico, a Gregorio Borasto data Varsaviae 1630.*

Bullarium Romanum - *Bullarum, diplomatum et privilegiorum Sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio*, T. 1-24, Augustae Taurinorum 1857-1872.

Camerani Marri Gisella, *L'archivio Magalotti,* "La Rassegna Storica Toscana", T. 2, 1970, p. 257-280.

Ciampi Sebastiano, *Bibliografia critica delle antiche reciproche corrispondenze politiche, ecclesiastiche, scientifiche, letterarie, artistiche dell'Italia colla Russia, Polonia ed altre parti settentrionali*, T. 1-2, Firenze 1839.

Chodynicki Kazimierz, *Kościół prawosławny a Rzeczpospolita Polska 1370-1632* [Ecclesia Orthodoxa et Respublica Polona], Warszawa 1934.

CIC - *Corpus Iuris Canonici*, ed. Aemilius Friedberg, Pars secunda: *Decretalium collectiones*, Graz 1959.

Cicarelli Alphonsus, *De origine, antiquitate et nobilitate Illustrissimae Domus Sanctacruciae*, "Miscellanea di Soria Italiana V, 1868, p. 465-476.

Collura - *Repertorium rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*, ed. Paulus Collura, Romae 1962 (EFE V).

CT IX - *Concilium Tridentinum. Diariorum, actorum, epistolarum, tractatuum nova collectio*, ed. Societas Goerresiana, T. 9: *Actorum pars sexta*, Friburgi Brisgoviae 1945.

Cuvelier - *Précis de la correspondance de Philippe IV avec l'Infante Isabelle 1621-1633*, in: *Correspondance de la Cour d'Espagne sur les affaires des Pays-Bas au XVII siècle*, T. 2, éd. Joseph Cuvelier, Bruxelles 1927.

Cygan Jan, *Starania Zygmunta III Wazy o sprowadzenie kapucynów do Polski (1617-1627)* [Conamina Sigismundi III Vasa ad Capuccinos in Poloniam inducendos suscepti (1617-1627)], "Studia Franciszkańskie", 1988 n. 3.

Czapliński Władysław, *Historia Niemiec 1492-1789* [Historia Germaniae 1492-1789], in: Władysław Czapliński, Adam Galos, Wacław Korta, *Historia Niemiec*, Wrocław 1981.

Daskevyč Jaroslav, notae ad: Guillaume Levasseur de Beauplan, *Description d'Ukraine*, red. W. A. Smolij, Kyjiv 1990.

Fedalto Giorgio, *Hierarchia Ecclesiastica Orientalis*, T. 1-2, Padova 1988.

Filipczak-Kocur PPW - Anna Filipczak-Kocur, *Problemy podatkowo-wojskowe na sejmie roku 1628* [Quaestiones cum solvendis tributis militaribus coniunctae in comitiis a. 1628 deliberatae], "Zeszyty Naukowe Wyższej Szkoły Pedagogicznej w Opolu", Historia XVI, ser. A, Opole 1979.

Filipczak-Kocur PS - Anna Filipczak-Kocur, *Przed sejmem w roku 1628* [Pridie quam comitia Regni a. 1628 celebrata sunt], "Zeszyty Naukowe Wyższej Szkoły Pedagogicznej w Opolu", Historia XVII, ser. A, Opole 1980.

Filipczak-Kocur SZ - Anna Filipczak-Kocur, *Sejm zwyczajny z roku 1629* [Comitia Regni ordinaria a. 1629 celebrata], Warszawa 1979.

Filipczak-Kocur TRPL - Anna Filipczak-Kocur, *Trzeci raz pod laską Jakuba Sobieskiego* [Tertium sub baculo Iacobi Sobieski], "Zeszyty Naukowe Wyższej Szkoły Pedagogicznej w Opolu", Historia XVIII, ser. A, Opole 1981.

Gadacz Kornel J., *Słownik Polskich Kapucynów* [Lexicon Capuccinorum Polonorum], T. 1-2, Wrocław 1985.

Gauchat HC - Patritius Gauchat OFMConv., *Hierarchia Catholica Medii et recentioris Aevi*, Vol. 4: *A pontificatu Clementis PP VIII (1592) usque ad pontificatum Alexandri PP VII (1667)*, Monasterii 1935.

Garampi Iosephus, *Synopsis Legatorum et Nuntiorum Apostolicorum in Polonia*, ms. AV, Fondo Garampi 23.

Golubev Stepan T., *Kijevskij mitropolit Petr Mogila i jego spodvižniki* [Metropolita Kioviensis Petrus Mohila eiusque operis socii], T. 1-2, Kijev 1883-1898.

Grzebień Ludwik, *Słownik jezuitów polskich* [Lexicon Iesuitarum Polonorum], T. 1-13, Kraków 1993.

Hammer Joseph von, Geschichte des Osmanischen Reiches, T. V: *1623-1656*, Pest 1829.

Kantak BP - Kantak Kamil, *Bernardyni Polscy* [De Bernardinis Polonis], T. 1-2, Lwów 1933.

Kantak FP - Kantak Kamil, *Franciszkanie Polscy* [De Franciscanis Polonis], T. 1-2, Kraków 1937-1938.

Kiewning NBD - Nuntiatur des Pallotto 1628-1630, Bd 1-2, Berlin 1895-1897 (NBD IV/1-2).

Koczorowski Eugeniusz, *Flota polska w latach 1587-1632* [De classe Polona a. 1587-1632], Warszawa 1973.

Kopiec ANP - *Acta Nuntiaturae Polonae*, T. XLI: *Iulius Piazza (1706-1708)*, vol. 1 *(8 VII 1706-31 III 1707)*, ed. Ioannes Kopiec, Romae 1991.

Korolko, Wojtyska ANP- *Acta Nuntiaturae Polonae*, T. IX: *Vincentius Lauro (1572-1578)*, vol. 1: *(25 VII 1572-30 IX 1574)*, ed. Miroslaus Korolko et Henricus Damianus Wojtyska, Romae 1994.

Kraus PSS - Andreas Kraus, *Das päpstliche Staatssekretariat unter Urban VIII. 1623-1644*, Rom-Freiburg-Wien 1964.

Lechicki Czesław, *Mecenat Zygmunta III i życie umysłowe na jego dworze* [Sigismundus III artium et ingeniorum praesidium et viri docti in aula eius florentes], Warszawa 1932.

Leitsch Walther, *Die Bemühungen Zygmunts III von Polen um die Kardinalswürde fur Claudio Rangoni*, MÖSA 31 (1978), p. 41-51.

Loenertz R. J., *Le origini della missione secentesca dei Domenicani in Crimea*, "Archivum Fratrum Praedicatorum", T. 5, Roma 1935, p. 269-275, 278-282, 284-285.

Ligi Bramante, *I vescovi e arcivescovi di Urbino*, T. 2, Urbino 1953.

Meerbeeck NF - *Correspondance de Fabio de Lagonissa (1627-1634)*, par Luciana van Meerbeeck, Bruxelles-Rome 1966 (NF11).

Meysztowicz ANV - Meysztowicz Valerianus, *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis, quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*, Vaticani 1944.

Mierzwa Edward Alfred, *Anglia a Polska w pierwszej połowie XVII w.* [Anglia et Polonia prima saec. XVII parte], Warszawa 1986.

Moroni Gaetano, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica da S. Pietro sino ai nostri giorni*, Vol. 1-103, Venezia 1840-1861.

NDB - *Neue Deutsche Biographie*, T. 1-16, Berlin 1953-1990.

Niciolini Fausto, *Don Gonzalo Fernandez de Cordoba e la cosidetta responsabilità della guerra del Monferrato*, in: *Italia e Spagna. Saggi sui rapporti storici, filosofici ed artistici tra le due civiltà*, Firenze 1941.

NNBW - *Nieuw Nederlandsch Biografisch Woordenboek*, T. 1-10, Leiden 1911-1937.

Nowy Korbut III - *Bibliografia Literatury Polskiej "Nowy Korbut"*, T. 3: *Piśmiennictwo staropolskie. Hasła osobowe N-Ż* [Bibliographia Litteraturae Polonae "Nowy Korbut", T. 3: Litteratura Polona antiqua. Index personarum N-Ż], red. Roman Pollak, Warszawa 1965.

Obertyński Zdzisław, *Początki polskiej prowincji kapucynów* [Exordia provinciae Capuccinorum Polonae], "Sprawozdania z Posiedzeń Towarzystwa Naukowego Warszawskiego" 1936 (29), p. 1-34.

Pastor Lodovico, *Storia dei papi dalla fine del Medio Evo*, T. 13: *Storia dei Papi nel Periodo della restaurazione Cattolica e della guerra dei Trent'anni, Gregorio XV (1621-1623) ed Urbano VIII (1623-1644)*, versione Italiana di Mons. prof. Pio Cenci, Roma 1931.

Pecchiai Pio, *I Barberini*, "Archivi", T. 5, Roma 1959.

Petrowicz Gregorio, *L'Unione degli Armeni di Polonia con la Santa Sede (1626-1686)*, Roma 1950.

Przyboś - *Podróż królewicza Władysława Wazy do krajów Europy Zachodniej w latach 1624-1625* [De itinere principis Vladislai Vasa per regiones Europae Occidentalis a. 1624-1625 confecto], opr. Adam Przyboś, Kraków 1977.

Quazza Romolo, *La guerra per la successione di Mantova e del Monferrato (1628-1631)* (GSMM), T. 1-2, Mantova 1926.

Quazza Romolo, *La diplomazia gonzaghesca*, Milano 1941.

Salaterski Stanisław ks., *Katalog prałatów i kanoników kapituły Św. Małgorzaty P.M. w Nowym Sączu (1448-1791)* [Catalogus praelatorum et canonicorum S. Margaritae V. et M. in Nowy Sącz], "Nasza Przeszłość" LXXX, 1993.

Seredyka KMKL - Jan Seredyka, *Konflikt między Koroną a Litwą w 1627 roku* [De controversia inter Regnum Poloniae et M. Ducatum Lithuaniae a. 1627 exorta], "Zeszyty Naukowe Wyższej Szkoły Pedagogicznej w Opolu", Historia VI, ser. A, Opole 1967.

Seredyka ROLPZ - Jan Seredyka, *Rzeczpospolita w ostatnich latach panowania Zygmunta III (1629-1632). Zarys wewnętrznych dziejów politycznych* [Respublica Utriusque Nationis ultimis annis regni Sigismundi III (1629-1632). Historia interna breviter descripta], Opole 1978.

Seredyka SW - Jan Seredyka, *Spór o wakanse na sejmie warszawskim 1627 r.* [Controversia de vacationibus in comitiis Regni Varsaviensibus a. 1627], "Sprawozdania Opolskiego Towarzystwa Przyjaciół Nauk", ser. A, nr 3, Opole 1967.

Seredyka SZN - Jan Seredyka, *Sejm zawiedzionych nadziei* [De comitiis Regni, quae spes omnium deceperunt], Opole 1981.

Seredyka WI - Jan Seredyka, *Walka o incompatibilia na sejmie warszawskim 1627 r.* [Certamen de "incompatibilibus" in comitiis Regni Varsaviensibus a. 1627 celebratis], "Sprawozdania Opolskiego Towarzystwa Przyjaciół Nauk", ser. A, nr 4, Opole 1968.

Subara Ignacy, *Synody prowincjonalne arcybiskupów gnieźnieńskich* [Synodi provinciales archiepiscoporum Gnesnensium], Warszawa 1971.

SMK - *Svenska Man och Krinnor*, T. 1-8, Stockholm 1942-1955.

Szelągowski Adam, *O ujście Wisły. Wielka wojna pruska* [Propter ostium Vistulae. Magnum bellum Pruthenicum], in eiusdem: *Sprawa północna w wiekach XVI-XVII* [Quaestio septentrionalis saec. XVI-XVII], pars 3, Warszawa 1905.

Targosz-Kretowa Karolina, *Teatr dworski Władysława IV* [De theatro aulico Vladislai IV], Kraków 1965.

Tavrelli Andreas IC, *Heros in solio divinitatis sive De rebus gestis in sacro principatu Urbani VIII*, Bononiae 1639.

Urban Wacław, *Akademia Krakowska w dobie reformacji i wczesnej kontrreformacji (1549-1632)*, in: *Dzieje Uniwersytetu Jagiellońskiego w latach 1364-1764* [Academia Cracoviensis tempore Reformationis et initio Contrareformationis (1549-1632) in: Historia Universitatis Jagellonicae a. 1364-1764], T. 1, red. Kazimierz Lepszy, Kraków 1964.

Urzędnicy centralni - *Urzędnicy centralni i nadworni Polski XIV-XVIII wieku. Spisy* [Magistratus Regni et magistratus curiae in Polonia saec. XIV-XVIII. Indices], opr. Krzysztof Chłapowski, Stefan Ciara, Łukasz Kądziela, Tomasz Nowakowski, Edward Opaliński, Grażyna Rutkowska, Teresa Zielińska, Kórnik 1992.

Urzędnicy kujawscy - *Urzędnicy kujawscy i dobrzyńscy XVI-XVIII wieku. Spisy* [Magistratus Cuiaviensis et Dobrinenses saec. XVI-XVIII. Indices], opr. Krzysztof Mikulski, Wojciech Staniek, Kórnik 1990.

Urzędnicy wielkopolscy - *Urzędnicy Wielkopolscy XVI-XVIII wieku. Spisy* [Magistratus Maioris Poloniae saec. XVI-XVIII. Indices], opr. Adam Bieniaszewski, Wrocław 1987.

Urzędnicy województwa ruskiego - *Urzędnicy województwa ruskiego XIV-XVIII wieku. Spisy* [Magistratus palatinatus Russiae saec. XVI-XVIII. Indices], opr. Kazimierz Przyboś, Wrocław 1987.

Vitellius - *Ill.mo et Rev.mo Domino, Domino Antonio Sanctacrucio, SRE Cardinali, Archiepiscopo Seleuciae, ad Ser.mum et Potentissimum Sigismundum III, Regem Poloniae et Sueciae, Nuncio a Latere Apostolico in adventu Cracoviam Plausus Appollinei a M. Iacobo Vitellio, Eloquentiae in Acad. Crac. Professore Tyliciano, Coll. Maiore Oblati*, Cracoviae 1630.

Volumina legum - *Prawa, Konstytucye y przywileje Królestwa Polskiego...* [Leges, Constitutiones et privilegia Regni Poloniae...], ed. Jozafat Ohryzko, T. 3, Petersburg 1859.

Welykyj ACPF - *Acta S. C. de Propaganda Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantia*, collegit et adnotationibus illustravit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 1: *1622-1667*, Romae 1953.

Welykyj DPR - Documenta Pontificum Romanorum Historiam Ucrainae illustrantia, collegit, introductione et adnotationibus auxit P. Athanasius G. Welykyj OSBM, T. 1: *(1075-1700)*, Romae 1953.

Wijnhoven NBD - *Nuntius Pier Luigi Carafa*, bearb. von Joseph Wijnhoven, T. 1-4, Paderborn 1980-1991 (NBD, Die Kölner Nuntiatur 7/1-4).

Wisner DP - Henryk Wisner, *Dyplomacja polska w latach 1572-1648. Czasy Zygmunta III* [Legati publici Regni Poloniae Sigismundo III regnante], in: *Historia dyplomacji polskiej, T. 2 1572-1795*, red. Zbigniew Wójcik, Warszawa 1982.

Wisner WI - Henryk Wisner, *Wojna inflancka 1625-1629* [De bello Livonico a. 1625 - 1629], "Studia i Materiały do Historii Wojskowości", T. 16, 1970, p. 27-93.

Wyczawski - *Klasztory bernardyńskie w Polsce w jej granicach historycznych* [De monasteriis Bernardinorum in Polonia intra fines eius historicos], red. Hieronim E. Wyczawski, Kalwaria Zebrzydowska 1985.

Zemła Krzysztof, *Skład osobowy dworu królewicza Władysława Zygmunta Wazy* [De aulicis principis Vladislai Sigismundi Vasa] in: *Studia z dziejów Rzeczypospolitej szlacheckiej*, Wrocław 1988.

Žukovyč Platon, *L'vovskij sobor 1629 goda v svjazi s političeskimi obstojatel'stvami vremeni* [De synodo Leopolitana a. 1629 celebrata et de rerum publicarum illius temporis adiunctis], "Christianskoje Čtenije", 1911, p. 661-684.

TEXTUS

N. 1.

Instructio particularis a S. Congregatione de Propaganda Fide Antonio Santa Croce data

Romae, [ante 1 III 1627].

Committitur nuntio, ut: (1) Ruthenis unitis faveat gratificeturque; (2) episcoporum Latinorum amicitiam et benevolentiam sibi conciliare studeat; (3) superioribus ordinum religiosorum se benevolum praebeat eosque ad instituendas missiones cohortetur; (4) ordinum religiosorum in Polonia reformationem perficere conetur, exceptis Societate Iesu et Ordine Carmelitarum Discalceatorum, eiusmodi reformatione non indigentibus; (5) ad missiones - praesertim inter Armenos Leopolienses - instituendas adhortetur sodales Ordinis Praedicatorum, maximum monasteriorum numerum habentes, et a Sede Apostolica impetrare nitatur bullas, decreta, instructiones ad Armenos ac Ruthenos spectantes; (6) omnes episcopos Polonos hortetur, ut ad Congregationem tradendas curent relationes de fructibus, quos singuli in dioecesibus suis in propagatione fidei inde ab a. 1622 reportaverunt; (7) inspiciat et exploret, num in collegiis pontificiis, Braunsbergensi et Vilnensi, exsecutioni mandentur decreta Congregationis et mandata, post visitationem a priore nuntio (Ioanne Baptista Lancellotti) peractam edita.

Reg.: APF, Istruzioni 1 f. 93v-95r.

Instruttione particolare per Mons. Nuntio in Polonia[1].

Primo. Con li Ruteni uniti V.ra Signoria Ill.ma si mostri cortese e li favorisca, con avvertir però che in quelle cose che possono alterar li Vecovi Latini, gli Ordini del Regno et il Re stesso non faccia cosa senza ordine speciale di Roma.

2°. Con li Vescovi Latini veda di accarezzarli e con gratie concessibili farseli amorevoli; e quando non possa con la auttorità, li favorisca scrivendo

[1] Haec instructio, in qua dies confectionis non indicatur, procul dubio ad usum Antonii Santa Croce est apparata. Quod vel ex eo conici potest, quod adnotationes a scriptore in margine factae clare testantur scripta, in quibus eadem instructio posita est, comprehendere spatium annorum 1623 - 1627; sub puncto 8 memoratur visitatio collegiorum pontificiorum a priore nuntio patrata et mentio fit decretorum ad eandem visitationem pertinentium Congregationis, quae - ut inter omnes constat - a . 1622 condita erat. Ergo prior nuntius, de quo hic sermo est, nemo alius esse potest quam Ioannes Baptista Lancellotti, qui munere suo in Polonia a. 1622 - 1627 fungebatur et de quo certo scimus eum visitationem collegiorum pontificiorum revera perfecisse (cfr. notam 8).

a Roma, acciò possa con essi loro stabilir delle Missioni, nelle quali [94r] premerà più che in ogn'altra cosa per le cause dette in voce.

3°. Con li Superiori de' Regolari procuri buona corrispondenza, con aiutarli ove potrà, per haver da loro soggetti atti alle Missioni, e disporr' essi medesimi a farne, et ad istituir studii delle lingue, massimamente Vallaca, Turca e Tartara.

4°. Li Regolari di Polonia hanno gran bisogno di riforma, levatone i Giesuiti e Carmelitani Scalzi, però sarà bene d'ammonir li Superiori a far frequenti visite et ad honorar li buoni con li gradi delle Religioni, et tener indietro li discoli.

6°. [sic] Li Domenicani hanno gran numero di Conventi, e per conseguenza è verisimile che habbino soggetti dotti. Però questi sopra il tutto bisognerà animar alle Missioni, e particolarmente il Superior di Leopoli, a far una Missione a gl'Armeni di quella Città. Per le quali V.ra Signoria Ill.ma potrà farsi dare alcune dottrine Armene, con la Bolla d'Eugenio IV super unione Armenorum[2], dallo Agente della Sacra Congregatione de Propaganda Fide per portarli seco, insieme con alcune professioni della fede grecolatine, che si farà dar dal Notaro del Santo Ufficio per valersene, se li Ruteni scismatici e gli Armeni volessero unirsi. E similmente porterà seco [94v] copia della detta Bolla d'Eugenio, che è nel Bollario, seben credo non sia mal portar seco il Bollario nuovo et il Quaranta Summa Bullarii[3], con tutti li decreti e bolle nuove fatte da Papa Gregorio XV[4] e da Urbano VIII. Necessarissimamente porterà ancora l'Instruttione di Clemente VIII circa l'amministratione de' Sacramenti pro Italogrecis[5], per avvertir gli uniti Ruteni e quelli che si uniranno de gl'errori che in quella materia commettono. E questa Instruttione dovrà studiarla bene, per farsene protettione. Porterà similmente il libro che le fu dato dalla Congregatione, De Procuranda Salute Omnium Gentium[6], per diventar protettione de gl'errori de' Greci e de gl'Armeni, e delle risposte a quelli.

7°. Procurerà d'essortar tutti li Vescovi di Polonia a dar le relationi del frutto che s'è fatto circa la propagatione della Fede dell'anno 1622 in qua, cioè dal tempo che diedero le relationi delle lor Chiese alla Sacra Congregatione, per mandarle alla Sacra Congregatione, acciò veda la sua vigilanza.

---

[2] Vide bullam 22 XI 1439 datam, cfr. Bullarium Romanum V, p. 44-51. Eugenius IV (1383-1447), papa ab a. 1431.

[3] Bullarium sive Nova Collectio... I-IV, Roma 1617-1626; Summa Bullarii..., ed. Stephanus Quaranta, Venetiis 1622.

[4] Gregorius XV (1554-1623), papa ab a. 1621.

[5] Instructio super ritibus Italo-Graecorum, 30 VIII 1595, cfr. Bullarium Romanum X, p. 211-213. Clemens VIII (1536-1605), papa ab a. 1592.

[6] Dies et locus editionis ignorantur.

8° et ultimo. Sono due Collegi Pontificii in Polonia fatti visitar dal suo Antecessore d'ordine del Papa[7]. Procurerà di veder quelle visite e li decreti fatti dalla Congregatione, e [95r] particolarmente li stampati che gl'havrà da questa Segreteria[8], per farli osservar da Rettori puntualmente. Li detti Collegi sono il Vilnense e Brusbergense[9].

N. 2.

Instructio a S. Congregatione de Propaganda Fide Antonio Santa Croce data

Romae, 1 III 1627.

Mandatur nuntio, ut: (1) Ruthenos unitos sub patrocinium suum accipiat, privilegia et gratias eis concessas tueatur et praesertim curet, ut seminarium pro eis condatur, ac de Ruthenis orthodoxis ("schismaticis") ad fidem catholicam convertendis sollicitus sit; (2) ut observet labores missionariorum, qui in Russia ex sodalibus Ordinis Praedicatorum constituendi sunt, et de progressibus eorum ad Congregationem referat; (3) curet missiones inter Armenos Leopolienses instituendas; (4) protegat missionem Fratrum Capuccinorum, cui frater Salvator a Sancto Salvatore nuncupatus praepositus est; (5) ordines religiosorum in Polonia, exceptis Iesuitis et Carmelitis Discalceatis, renovandos et reformandos curet, aliquot fratribus ex Italia ad hoc accitis; (6) praevertere et impedire conetur lites inter Iesuitas et Academiam Cracoviensem exorientes, dum causae eorum in Rota Romana pendent.

Reg.: APF, Istruzioni 1 f. 111v-112r.

Instruttione per Mons. Nuntio in Polonia per la Sacra Congregatione de Propaganda Fide, primo Marzo 1627

---

[7] Mandatum summi pontificis Gregorii XV ad peragendam collegiorum visitationem spectans litteris 21 III 1623 datis a Ludovico Ludovisi, tunc temporis secretario status, nuntio traditum erat, cfr. APF, Lettere 2 f. 72r.

[8] Scil. decretum 20 IV 1626 latum de alumnis Ruthenis unitis ad collegia pontificia Vilnense et Braunsbergense admittendis (APF, Acta 4 f. 44r, ed. Welykyj ACPF 1, p. 36). Informationem sub die 14 VII 1626 datam de eisdem collegiis pontificiis post peractam eorum visitationem vide in: APF, Acta 4 f. 88r-89r, ed. Welykyj ACPF 1, p. 40-42. Visitatio collegii Braunsbergensis ex mandato nuntii, Ioannis Baptistae Lancellotti, diebus 22 et 23 II 1624 confecta erat a Melchiore Eliaszewicz, episcopo Samogitiae, cfr. APF, SC, Collegi e visite 3 f. 415-417. Acta ad visitationem collegii Braunsbergensis pertinentia reperire non potuimus.

[9] Collegium Braunsbergae (Polonice: Braniewo) conditum erat a.1578, Vilnae a.1582.

Primo. Dovrà haver particolar pensiere delli Metropolita di Russia[10] e suo Coadiutore[11], de' Vescovi e de gl'altri ecclesiastici e secolari delli Ruteni Uniti per mantenerli nella Santa Unione con la Chiesa Romana, procurando che lì siano conservati e fatti buoni gli loro privilegi e gratie, che li furono concesse dalla Sede Apostolica e dal Re al tempo di Clemente VIII, quando s'unirono[12]. E questi dovrà animare alla costruttione del Seminario, decretata nella loro Sinodo dell'anno passato et aiutata dalla Congregatione con la donatione di scudi mille, avvertendo particolarmente che nel 4° anno dal dì del Sinodo onninamente s'eriga, conforme al decreto di esso Sinodo[13]. Gli animi di più alla conversione [112r] de' Ruteni Scismatici, alli quali N.ro Signore farà gratie e favori che se li potranno fare, salva la purità e sincerità della nostra Santa Fede, quanto prima s'unischino con la Chiesa Romana, facendo la professione della fede, conforme al prescritto di Gregorio XIII, la formola della quale sarà bene che la procuri dal Santo Ufficio per portarla seco[14].

2°. Nella Russia sono da 36 Conventi de' Domenicani, al Provincial de' quali[15] s'è data facoltà di costituir due Missionari idonei per ciascun Convento. Dovrà perciò sopraintendere a quelle Missioni, procurando d'esser avvisato de' loro progressi e significarli alla Sacra Congregatione.

3°. In Leopoli sono numerose famiglie d'Armeni ricchissimi, che un'altra volta sono stati uniti con la Sede Apostolica[16]. Sarà bene di far colà qualche Missione. E per aiutarli potrà portar seco alcune dottrine Armene e la bolla d'Eugenio IV super unione Armenorum[17], pur in Armeno, che l'havrà dall'Agente della Congregatione.

4°. Sono stati di fresco, ad istanza della Sacra Congregatione, introdotti i Capuccini in Polonia sotto la cura di fra Salvator da San Salvator[18].

---

[10] Ioannes Velaminus Rutski (1574-1637), notus sub nomine monastico Iosephi; ab a. 1596 unionem cum Ecclesia Romana amplexus, ab a. 1608 Ordinis Basilianorum sodalis, ab eodem a. 1608 archimandrita Vilnensis, ab a. 1611 coadiutor metropolitae Kioviensis, ab a. 1613 metropolita Kioviensis, Ordinis S. Basilii Magni reformator.

[11] Nicolaus Korsak (1595-1640), notus sub nomine monastico Raphaelis, ab a. 1620 in Ordine Basilianorum, a. 1626-1640 protoarchimandrita eiusdem Ordinis, a. 1626 a rege nominatus coadiutor metropolitae Kioviensis cum titulo episcopi Haliciensis (provisionem papalem adeptus est a. 1631), ab a. 1632 etiam epus Pinscensis, ab a. 1637 metropolita Kioviensis.

[12] Unio Ecclesiae Orthodoxae Ruthenae cum Ecclesia Catholica in Republica Utriusque Nationis inita erat Brestiae Lithuanorum a.1596.

[13] Decreta synodi Cobrinensis diebus 6 et 7 mensis Septembris a. 1626 celebratae, cfr. Welykyj EM I, p. 184-190.

[14] Vide: "Professio orthodoxae fidei a Graecis emittenda" a. 1575, cfr. Bullarium Romanum VIII, p. 133-135. Gregorius XIII (1502-1585), papa ab a. 1572.

[15] Ioannes Damascenus Sokołowski († 1640), praepositus provinciae Ruthenae Ordinis Praedicatorum a. 1626-1629, cfr. Barącz RDZK, T. 1 p. 141, T. 2 p. 286.

[16] Agitur procul dubio de oboedientia, quam a. 1549 "catholicos" Stephanus V Salmastetsi, qui deinde a. 1550-1552 Leopoli commoratus est, Paulo III papae praestitit, cfr. Petrowicz, p. 90-102.

[17] Cfr. notam ad N. 1.

[18] Agitur de uno ex pluribus conatibus ad Capuccinos in Poloniam inducendos inde ab a. 1615 susceptis, cum Sigismundus III petitionem de hac re ad praepositum Ordinis misisset. Itaque 21 VII 1625 S. Congregatio de Propaganda Fide emisit decretum, quo Capuccinis permittebatur, ut operam suam in

Dovrà pigliar la protettione loro per stabilirli bene[a)] in quel [112v] Regno, acciò si possino propagare in servitio delle anime.

5°. Essendo le Religioni di Polonia, eccettuatene i Giesuiti e Carmelitani Scalzi, rilassate, dovrà con particolar cura premere presso gli Superiori loro, acciò vadino a poco riformandole, avvertendo, se i Superiori non[a)] saranno Italiani, di accompagnar' ad essi qualche frate d'Italia ben instrutto della disciplina regolare, acciò col consiglio di quello possa la riforma incaminarsi e perfettionarsi.

6° et ultimo. Dovrà procurare che, mentre pende in Rota la causa dell'Accademia Cracoviense con gli Giesuiti, non succedino scandali o attentati di fatto[19].

a) *Supra lineam adscriptum.*

N. 3.

Ioannes Baptista Agucchia, nuntius pontificius Venetiis Antonio Santa Croce

Venetiis, 6 III 1627.

Sibi persuasum esse nuntiat summum pontificem eum nuntium suum in Polonia esse nominaturum. Gaudet igitur et sperat se in posterum propter munera, quibus ambo funguntur, alterum cum altero in mutuo epistularum commercio futurum.

Reg.: BV, Chigi M I 20 f. 155v.

A Mons. Santa Croce, (a-destinato Nuntio Apostolico in Polonia-a)

Havendo la virtù di V.ra Signoria Ill.ma dato a divedere in altri carichi ciò ch'ella vaglia per publico beneficio, faceva credere che N.ro Signore, per

---

Polonia praestarent, a. autem 1626 primi missionarii Capuccini ex Italia in Poloniam profecti sunt, quorum missio usque ad a. 1627 perduravit. Cui missioni praefuit Salvator Bucci (Buzzi), in Ordine Salvator de Sancto Salvatore appellatus (†1628). Experientia ab ipsis comparata nixi Sodales Congregationis novo decreto 12 VII 1627 edito pronuntiaverunt regulam Ordinis Capuccinorum, ut tunc res starent in Polonia, vix observari posse. Demum a. 1680 papa licentiam concessit, ut domus Capuccinorum in Polonia conderentur. Itaque a. 1681 primi religiosi eius Ordinis illuc ex Italia venerunt, cfr.Cygan, pasim, Gadacz I, p. 310-311, Obertyński, passim.

[19] Agitur de controversia propter collegium Societatis Iesu a Sigismundo III Cracoviae fundatum (a. 1623) exorta, dum econtra Academia Cracoviensis firmiter contendebat sibi soli competere ius studia superiora Cracoviae colendi ac promovendi; quapropter ad Rotam appellavit et postulavit, ut fundatio regia abrogaretur et irrita pronuntiaretur. Urban, p. 278-284.

non lasciarla otiosa, fosse con l'usata sua providenza, per appogiarnele alcun' altro, come ha poi fatto, dichiarandola suo Nuntio in Polonia. Onde a me[20] non è giunto nuovo avviso, ma bene ne sento sommo piacere, perché corrisponde equalmente all'aspettatione, che con gli altri ne teneva ancor io, et al mio sommo desiderio de gli honori di V.ra Signoria Ill.ma, il qual si avanza però anche quindi a nuova speranza di vederla maggiormente esaltata nell'avvenire. E me ne rallegro perciò tanto più con esso lei, sicome fo con me medesimo, mentre spero né più né meno, per la corrispondenza, che per cagion de' nostri carichi dovrà passar fra di noi, di haverla pure a servir tal volta con l'opere, dove fin'hora non ho potuto farlo se non con l'animo. E qui rendendo a V.ra Signoria Ill.ma le gratie che debbo della parte che dell'avvenimento le è piaciuto di darmi, le bacio senza più affettuosamente le mani. Di Venetia, li 6 di Marzo 1627.

a-a) *Eadem manu, sed diverso atramento adscriptum.*

N. 4.

Ioannes Baptista Agucchia, nuntius pontificius Venetiis Antonio Santa Croce

Venetiis, 27 III 1627.

Scribit se deceptum esse, quod nuntius iter in Poloniam per Tridentum facere constituit et proptera Venetias praetermissurus est. Officia in posterum praestanda ei offert.

Reg.: BV, Chigi M I 20 f. 160r-v.

A Mons. Santa Croce

Poich' io non havrò ventura di servir V.ra Signoria Ill.ma in questa casa, come sommamente havrei desiderato, mentre ella nel passarsene alla sua Nuntiatura di Polonia pensa di tenere la via di Trento, io il farò almeno con le preghiere che per la felicità del suo viaggio porgerò a Dio benedetto, e sarò ad un'hora a lei stessa del continuo a lato con l'animo e con l'osservanza. Supplico intanto V.ra Signoria Ill.ma non solamente a gradir la servitù che in tal guisa io le farò, qualunque ella si sia per essere, ma a riconoscerla ancora, non meno per camino che quando sarà giunta a Varsovia, col favor

[20] Ioannes Baptista Agucchia (1570-1632), aepus titularis Amasenus et nuntius apostolicus Venetiis a. 1623-1632.

[a-delli-a] suoi coman[160v]damenti. Ch'io a V.ra Signoria Ill.ma rendendo nuove gratie del nuovo ufficio che l'è piaciuto di operar meco, le bacio affettuosamente le mani. Di Venetia, li 27 di Marzo 1627.

a) *Adscriptum pro expuncto:* de

N. 5.

Facultates generales ab Urbano VIII, pontifice maximo Antonio Santa Croce concessae

Romae, 30 III 1627.

Ad munus nuntii apud regem Poloniae et Suetiae Sigismundum destinato, in territoriis huic regi subiectis sequentes facultates concedit: visitandi et reformandi - iuxta statuta Concilii Tridentini - ecclesias, monasteria, capitula, collegia, studiorum universitates et alia instituta ac personas ecclesiasticas; iudicandi - sine praeiudicio ordinariorum - omnes excessus in causis criminalibus, beneficialibus et matrimonialibus; accipiendi appellationes a iudiciis I instantiae; apponendi et relaxandi censuras et poenas ecclesiasticas; dispensandi ab irregularitatibus ad ordines sacros; absolvendi homicidas, sacrilegos, simoniacos, periuros, clericorum (non tamen episcoporum) percussores, apostatas, adulteros, fornicatores, usurarios, incendiarios et alios, qui in bulla Coenae Domini nominantur; permittendi personis defectu corporis laborantibus ordinem presbyteratus suscipere; permittendi graduatis retinere (dummodo plura non sint) beneficia, quae 100, aliis vero quae 50 ducatorum valorem annuum non excedant; dispensandi ab impedimentis matrimonialibus et prolem illegitimam legitimandi; conferendi beneficia vacantia in mensibus apostolicis, servatis statutis Concilii Tridentini et constitutione Pii V; permittendi permutationem bonorum ecclesiasticorum, quae 5 ducatorum valorem non excedant, servata constitutione Pauli II; permittendi celebrare (ianuis clausis) missas privatas in locis interdicto appositis; impartiendi indulgentias 7 annorum et 7 quadragenarum iis, qui pia opera patraverint et in die festo ecclesiam visitaverint ac pro unione principum et fidei propagatione precati sint; commutandi vota (exceptis peregrinatione ultramarina, voto visitationis Urbis, S. Mariae Lauretanae, S. Iacobi de Compostella, castitatis et religionis); permittendi ecclesiasticis studium iuris civilis; absolvendi et a poenis relaxandi omnes, quibus nuntius supradictas gratias concesserit ac delegandi exsecutores pro harum litterarum exsecutione. Non obstantibus decretis et clausulis praesentes facultates irritantibus, praesertim litteris Sixti IV facultates nuntiorum abolentibus, constitutione Bonifatii VIII, regulis Cancellariae Apostolicae, necnon constitutionibus conciliorum ac privilegiis ecclesiarum et monasteriorum, etiam Cister-

ciensibus ac Cluniacensibus concessis (textus eiusdem tenoris ac in facultatibus Vincentio Lauro datis, v. Korolko, Wojtyska ANP, p. 89-98).

Or. (perg.): Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce cass. 2, perg. 12/2. Sub documento subscriptio secretarii: "V. Theatinus".
Reg.: AV, Sec.Brev. 724 f. 65r-71v. In f. 71r sub textu summarium breve alia manu exaratum; infra adnotatio manu propria papae: "Placet M[affaeus]"; subter subscriptio secretarii: "V. Theatinus".

N. 6.

Urbanus VIII, pontifex maximus
Antonio Santa Croce

Romae, 30 III 1627.

Impertit ei facultatem creandi sex protonotarios apostolicos (textus eiusdem tenoris ac in Kopiec ANP, p.17-18).

Or.: (perg.): Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce cass. 2, perg. 14. Sub documento subscriptio secretarii: "V. Theatinus".
Reg.: AV, Sec.Brev. 724 f. 73r-v. In f. 73v sub textu alia manu breve summarium exaratum; infra adnotatio papae manu propria scripta: "Placet M[affaeus]"; subter subscriptio secretarii: "V. Theatinus".

N. 7.

Urbanus VIII, pontifex maximus
Antonio Santa Croce

Romae, 30 III 1627.

Impertit ei facultatem concedendi quinquaginta personis nobilibus licentiam in oratoriis privatis missam celebrandi et totidem personis altare portatile possidendi (textus eiusdem tenoris ac in Kopiec ANP, p. 12-13).

Or. (perg.): Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce cass. 2, perg. 4/9. Sub documento subscriptio secretarii: "V. Theatinus".
Reg.: AV, Sec.Brev. 724 f. 74r-v. In f. 74v sub textu alia manu exaratum breve summarium cum adnotatione: "Est iuxta expeditam pro aliis ibi Nuntiis"; infra adnotatio papae manu propria scripta: "Placet M[affaeus]"; subter subscriptio secretarii: "V. Theatinus".

N. 8.

Urbanus VIII, pontifex maximus
Antonio Santa Croce

Romae, 30 III 1627.

Impertit ei facultatem promovendi extra tempora et dispensandi super defectu natalium ad ordines et beneficia, non tamen ad dignitates maiores in cathedralibus, neque principales in collegiatis ecclesiis (textus eiusdem tenoris ac in Kopiec ANP, p. 15-16).

Or.: (perg.): Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce cass. 2, perg. 12/3. Sub documento subscriptio secretarii: "V. Theatinus".
Reg.: AV, Sec.Brev. 724 f. 75r-v. In f. 75r-v sub textu alia manu exaratum breve summarium cum adnotatione: "Est similis expeditae pro Nuntio eius praedecessore"; infra adnotatio papae manu propria scripta: "Placet M[affaeus]"; subter subscriptio secretarii: "V. Theatinus".

N. 9.

Litterae passus
ab Urbano VIII, pontifice maximo
Antonio Santa Croce datae

Romae, 30 III 1627.

Antonium Santa Croce novum nuntium in Polonia nominatum universis et singulis commendat et rogat, ut ei in itinere auxilio adsint (Textus eiusdem tenoris ac in Kopiec ANP, p. 20-21).

Or. (perg.): Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce cass. 2, perg. 4/8. Sub documento subscriptio secretarii: "V. Theatinus".
Reg.: AV, Sec.Brev. 724 f. 77r-v. In f. 77v sub textu alia manu exaratum breve summarium; infra adnotatio papae manu propria scripta: "Placet M[affaeus]"; subter subscriptio secretarii: "V. Theatinus".

N. 10.

Litterae credentiales Urbani VIII, pontificis maximi
pro Antonio Santa Croce
ad Sigismundum III regem Poloniae datae

Romae, 16 IV 1627.

Novum nuntium, Antonium aepum Seleuciensem, ei commendat. Scribit eum antiquo, nobili et bene merito genere ortum esse et munera, quibus hactenus functus est, laudabiliter explevisse.

Reg.: AV, Ep. ad Princ. 41 f. 110r-111r. Ibidem brevia similis tenoris ad principem Vladislaum Vasa (f. 111v-112r) et reginam Constantiam Austriacam (112r-v) data.
- **Ed.:** Theiner III, s. 380-381.
Cop.: BV, Barb.Lat. 2197 f. 59v-60r. Ibidem etiam in f. 60v-r supramemoratum breve ad principem et reginam.

Char.mo in Christo filio nostro Sigismundo, Poloniae et Sueciae Regi Illustri
Urbanus P.P. VIII

Charissime in Christo fili noster, salutem etc. Facile est Ecclesiasticis Magistratibus iura Sacerdotii in Polonia tueri, ubi Regis potentia habetur propugnaculum Religionis et flagellum impietatis. Quare qui istuc ab Apostolica Sede Antistites allegantur, eos non tantum longi itineris incommoda exterrent, quantum allicit fama Regiae pietatis.

Mirum ergo non est, si ad Maiestatem Tuam alacer proficiscitur in praesentia Ven.lis frater Antonius, Archiepiscopus Seleuciae, Praelatus noster Domesticus et Assistens, Nuntii Apostolici munus isthic obiturus. Intererit enim spectaculo laudum tuarum, quas aetatibus ac nationibus universis fama ostentat, dum triumphalem religiosi Regis imaginem vult suis coloribus hoc tempore in Christianitate describere. Porro autem experietur Regali authoritate in Polonia semper exarmari, qui pestilenti calliditate nutriunt discordias Regni et Sacerdotii. Certe ille muneris sui foelicitatem constituit [110v] in curanda salute animarum et tuenda ditione Coeli. Id autem dum conabitur, morem geret ingenio Maiestatis Tuae, cuius voluntas facile iisdem artibus demeretur, quibus quaeritur patrocinium Divinitatis.

Pollet vero Praesul hic Nobis charissimus iis opibus, quibus foeliciter possit optimae mentis cogitata optatos ad exitus perducere. Nobili eius ingenio ad bene de Ecclesia merendum faces praeferunt novem Cardinales, quos Sanctacrucia gens Senatui Apostolico educavit[21]. Familia enim, quae ipso Sanctae Crucis titulo decorata gloriatur, se inde a Constantini atque Helenae temporibus ad hanc aetatem tanti cognomenti gloriam protulisse, ferax esse solet eorum virorum, quos intra domesticos parietes delitescere

[21] Qui cardinales fuerunt: Eubodius de Piliis et Aelianus, qui tempore Gregorii III vixerunt; Diodemus, qui sub pontifice Stephano V floruit, Titianus et Dorimacus Pilius a Gregorio IV nominati; Arthaemius a Nicolao Magno cardinalis creatus, Abundius de Piliis tempore Urbani II florens; Matthaeus a Callisto II sacra purpura decoratus et Prosper († 1589), cardinalis ab a. 1565, Cicarelli, p. 472-473, GauchatHC, p. 39.

Pontificia sollicitudo non patiatur. Hic vero Archiepiscopus pollens ingenio et literis excultus, modestissimae iuventutis tyrocinium in Urbanis utriusque Signaturae et Apostolici Prothonotariatus Magistratibus eximia cum laude posuit, mox duabus Ecclesiasticis Provinciis cum Gubernatoris et Prolegati imperio praepositus ostendit senectutem non annorum numero computandam esse, dum cani sunt sensus hominis. Nuper autem [111r] Cardinalem Barberinum Legatum in Hispanias itinere secutus, ea edidit pietatis ac prudentiae exempla[22], ut eum, suffragante virtute, dignum iudicaverimus, qui Pontificiae mentis interpres apud Regem Christiani Orbis defensorem commoretur. Dum has Nuntii huius laudes commemoravimus, accuratissime commendatus is est Maiestati Tuae, Apostolicam benedictionem tibi deferet et paterni amoris nostri magnitudinem testabitur. Cupimus autem ei negotia nostra curanti eamdem plane quam Nobis loquentibus fidem haberi a Maiestate Tua, cuius ille dum benvolentia florebit, uberes se collegisse arbitrabitur fructus laborum ac virtutum. Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die XVI Aprilis MDCXXVII, Pontificatus [nostri anno] quarto.

N. 11.

Litterae commendaticiae Urbani VIII, pontificis maximi pro Antonio Santa Croce ad Ferdinandum II imperatorem datae

Romae, 16 IV 1627.

Novum nuntium in Poloniam missum, Antonium (Santa Croce), aepum Seleuciensem, ei commendat.

Reg.: AV, Ep. ad Princ. 41 f. 259r-v. Ibidem brevia similis tenoris ad: Ferdinandum II de Medicis magnum ducem Etruriae (f. 254v-255r); Christinam de Lotharingia magnam ducem Etruriae (f. 255r-v); Mariam Magdalenam de Habsburg magnam ducem Etruriae (f. 255v-256r); card. Carolum de Medicis (f. 256v); card. Iulium Sacchetti legatum pontificium Ferrariae (f. 257r); card. Robertum Ubaldini legatum pontificium Bononiae (f. 257v); Vincentium II de Gonzaga ducem Mantuae (f. 258r); Carolum Emmanuelem Madruzzi epum coadiutorem Tridentinum (f. 258v); Eleonoram imperatricem (260r); Ferdinandum de Habsburg regem Bohemiae et Hungariae (f. 260v-261r); Leopoldum de Habsburg archiducem Tyroli (f. 261v); card. Franciscum de Dietrichstein epum Olomucensem (f. 262r); card. Ernestum Harrach (f. 262v).

Cop.: BV, Barb.Lat. 2197 f. 161r. Ibidem in f. 157r-163v reliqua supramemorata brevia.

---

[22] Vide Introductionem.

Clarissimo in Christo filio nostro Ferdinando, Hungariae et Bohemiae Regi Illustri, in Romanorum Imperatorem electo[23]
Urbanus P.P. VIII

Clarissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. In Poloniam proficiscens Nuncius Apostolicus, ven.lis frater Antonius Archiepiscopus Seleuciae, Praelatus noster domesticus et Assistens, operae pretium existimabit tam longa itinera confecisse, si poterit in Imperatoriae Maiestatis solio Ferdinandum Caesarem suspicere, non minus virtutis quam potentiae splendoribus coronatum. Is enim, qui probe novit inter augustos Maiestatis Tuae titulos benignitatem enitere, non leve suae legationi decus addi posse sperat tanti Imperatoris patrocinio. Sane Praesul, cui nihil tam cordi est quam dominantium gloria et populorum foelicitas, dignus videtur, qui inter itineris sui solatia et generis sui decora connumerare possit Maiestatis Tuae benevolen[259v]tiam. Isthac pertransiens ex Augusto Caesaris pectore, quod prudentiae et pietatis aerarium habetur, ea consilia atque officia depromere confidit, quae ingentia munera existimet, quibusque facile emat voluntatem Potentissimi Regnatoris, non minus sanguine atque amore, quam potentiae foedere tibi coniuncti.

Testanti nostrae charitatis magnitudinem fidem haberi cupimus a Maiestate Tua, cuius fortitudini et religioni germinare saepe optamus palmas ceolestium triumphorum, tibique Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die Decima Sexta Aprilis MDCXXVII, Ponitificatus nostri anno quarto.

N. 12.

Litterae commendaticiae Urbani VIII, pontificis maximi pro Antonio Santa Croce ad Ioannem Albertum epum Varmiensem datae

Romae, 16 IV 1627.

Novum nuntium in Polonia, Antonium (Santa Croce) aepum Seleuciensem, ei commendat.

---

[23] Ferdinandus II de Habsburg (1578-1637), imperator Romanus ab a. 1619, rex Bohemiae 1617, rex Hungariae 1618. Etiam post electionem filii, Ferdinandi III, in regem Hungariae (1625) et Bohemiae (1627) utrumque hunc titulum servavit.

Reg.: AV, Ep. ad Princ. 41 f. 264v-265r. Ibidem brevia similis tenoris ad principem Ioannem Casimirum Vasa (f. 263r-v), principem Carolum Ferdinandum Vasa, epum Vratislaviensem (f. 264r-v).
Cop.: BV, Barb.Lat. 2197 f. 164v. Ibidem in f. 164r-169r reliqua brevia supramemorata.

Venerabili Fratri Episcopo Warmiensi[24]
Urbanus P.P. VIII

Ven.lis frater, salutem etc. Romanae Ecclesiae gaudium est et Catholicae Religionis praesidium adoloscentem regia claritudine atque indole illustrem insigniri sacra dignitate. Ipsae enim sacerdotales infulae te admonere possunt, quam gloriam in Apostolicae authoritatis ditione proferenda constituere [264r] debeat Fraternitas Tua. Quod quidem dum facies domestica exempla secutus, potentissimi Regis, Patris tui, non solum foelicitati consules, sed etiam voluntati morem geres. Fraternitati Tuae in tantarum laudum possessionem properanti stimulos addi volumus hisce apostolicis literis ac sermone Ven.lis Fratris Antonii Archiepiscopi Seleuciae, Praelati nostri Domestici et Assistentis, qui Nuntii Pontificii munus in Polonia obibit. Confidimus a te non mediocriter amandum esse Praesulem hunc, maiorum suorum laudes suis virtutibus illustrantem et prudentiae fama ac pietatis studio promeritum nostram benevolentiam. Ab eo paternam benedictionem nostram accipies, cui perinde ac Nobis credere poteris atque omni ope suffragari poterit Fraternitas Tua. Datum Romae, apud Sanctam Mariam Maiorem, die XVI Aprilis MDCXXVII, Anno Ponitificatus Nostri quarto.

N. 13.

Stanislaus Łubieński, vicecancellarius Regni Poloniae
Antonio Santa Croce

Varsaviae 16 IV 1627

Hospitium in abbatia sua Tyniecensi ei offert. Quod eum coram salutare non potest, se excusat.

Reg.: AGAD, Libri Legationum 30, f. 372r.

[24] Ioannes Albertus Vasa (1612-1634), epus Varmiensis ab a. 1621, Cracoviensis ab a. 1632, a. 1633 cardinalis.

Nuncio Sancta Crucio

Ill.me et Rev.me Domine.

Nisi me publicae functionis, Vicecancellarii Regni munus gerentem[25], magistratio hic retineret, coram ipse in ipsis Regni finibus comparerem, adventum Ill.mae Celsitudinis V.rae gratulaturus, humillime peterem, ut monasterii mei Tinecensis, [cui] eodem Ss.mi Domini N.ri beneficio praesum, tecta subire non dedigneretur. Locus is, cum non longe distet a finibus Silesiacis, semper Sedis Apostolicae legatis hospitio excipiendis percommodus existimatus est, quo et ego invito Ill.mam Celsitudinem V.ram. Scio meos Procuratores non pro dignitate tantae personae, me praesertim absente, Ill.mam Celsitudinem V.ram excipere posse, sed boni consulet meamque erga Ss.mum Dominum N.rum et Ill.mam Celsitudinem V.ram, quae Suae Sanctitatis vices sustinet, devotionem, non tam rerum copia, quam addictissimi animi affectu met[...][a]. Humillima mea obsequia defero Ill.mae Celsitudini V.rae.

[a] *Charta deleta.*

N. 14.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Monte Cavallo, 24 IV 1627.

Mandat ei, ut regi Poloniae ostendat eum frustra flagitare, ut nuntius ex Polonia abiturus (Ioannes Baptista Lancellotti) dignitate cardinalicia decoretur, cum ea res cum priorum pontificum dispositionibus, praesertim vero cum constitutione Pii IV "Etsi Romanum Pontificem", evidenter pugnet. Attamen summum pontificem paratum esse commendationi regiae morem gerere, si praelatus aliquis Polonus ad sacram purpuram aspiret.

Min. (a): BV, Barb.Lat. 6584 f. 4v-5r. In f. 4v adnotatio card. Francisci Barberini ad minutam, a papa approbandam; in f. 5r notae summi pontificis ad minutam.

Min. (b): BV, Barb.Lat. 6584 f. 2r-v. In f. 1r adnotatio card. Francisci Barberini ad minutam, a papa approbandam; in f. 2v notae summi pontificis ad minutam.

---

[25] Stanislaus Łubieński (1573-1640), abbas Tyniecensis ab a. 1618, epus Luceoriensis a. 1623-1627, vicecancellarius Regni a. 1625-1627, postea ab a. 1627 epus Plocensis.

A Mons. Antonio Santa Croce, Arcivescovo di Seleucia, Nuntio Apostolico appresso il Ser.mo Re di Pollonia

Le continovate istantissime preghiere che fa alla Santità di N.ro Signore il Ser.mo Re di Pollonia per ottenere da Sua Beatitudine un Capello Cardinalitio in[a)] suggetto raccomandato da Sua Maestà e 'l merito di questo gran Principe con la Religion Cattolica, per la quale egli incessantemente si affatica a ribattere gli oltraggi che a quella et al suo Regno vengono fatti tanto dal Turco e da Tartari, quanto da Gostavo usurpatore del Regno di Suetia[26], tengono la Santità Sua inchinata a gratificar Sua Maestà, ma harebbe voluto che'l Re scegliesse suggetto nationale per raccomandarlo, e se n'è lasciata intendere col Mons. mio Ill.mo Torres[27] e con altri che secondo le occasioni hanno parlato di questo affare.

Nondimeno Sua Maestà persiste nel desiderio d'un suggetto non nationale et harebbe impiegato le sue raccomandationi per l'antecessore di V.ra Signoria[28]. Onde è che la Santità di N.ro Signore, costante per quanto può in rimostrare al Re che molto gli converrebbe raccomandare un nationale, vuole che V.ra Signoria palesi a Sua Maestà in primo luogo questo pensiero di Sua Beatitudine, e trovandone il Re lontano si contenta ch'ella procuri per se il favore di Sua Maestà e le dà licenza con questa di espressamente parlare di se, quando le parrà il tempo oportuno, non ostanti le proibitioni Pontificie, e quella di Pio IV in particolare [b-]che si comincia: "Etsi Romanum Pontificem"[29], le quali fanno in contrario ad esse derogando[-b)] Sua Santità per questo effetto solamente in favor di V.ra Signoria nell'uno e nell altro foro. Et ha comandato a me ch'io ne la facci consapovole per mezzo di questa [c-]prima di suo partire[-c)], come fo assicurandola del mio buon volere per ogni suo avanzamento. E Dio l'accompagni e prosperi. [c-]Da M[onte] Cavallo[30], 24 Aprile 1627[-c)].

a) *In textu minutae "b" additum:* personadi

b-b) *In textu minutae "b" hic locus aliter compositus est:* che ci sono in contrario alle quali per questo effetto solamente deroga

c-c) *Solum in textu minutae "a"*

---

[26] Gustavus Adolfus (1594-1632), rex Suetiae ab a. 1611. Sedes Apostolica pro legitimo Regni Suetiae herede agnoscebat Sigismundum III Vasa a. 1599 a senatu Suetico regno spoliatum, propterea Carolum IX et postea eius filium Gustavum Adolfum usurpatores esse arbitrabatur.

[27] Cosmus de Torres (1584-1642), nuntius apostolicus in Polonia et aepus tit. Adrianopolitanus a. 1621-1622, ab a. 1622 SRE cardinalis, ab a. 1622 comprotector et ab a. 1623 protector Regni Poloniae, ab a. 1624 aepus Perusinus, ab a. 1634 aepus Montis Regalis (Monreale in Sicilia).

[28] Ioannes Baptista Lancellotti (1576-1635), ab a. 1615 epus Nolanus, nuntius apostolicus in Polonia a. 1622-1627.

[29] Haec constitutio, 18 V 1565 promulgata, prohibebat dignitates ecclesiasticas conferre in nuntios et alios missos pontificios ad instantiam regum et principum, ad quos ablegati erant, cfr. Bullarium Romanum VII, p. 369-371. Pius IV (1499-1565), papa ab a. 1559.

[30] Sic collis Quirinalis tunc temporis appellabatur.

N. 15.

Mucius Vitelleschi, praepositus generalis Societatis Iesu eiusdem Societatis superioribus

Romae, 24 IV 1627.

Mandat eis, ut hospitio excipiant et omnimodo adiuvent Antonium Santa Croce aepum Seleuciensem, de Societate Iesu bene meritum, qui nuntius pontificius in Polonia nominatus est.

Or.: Roma AS, Coll.Perg., Roma, Fam. Santacroce, cass. 2, perg. 19. Sigillum.

Carissimis Fratribus in Christo Provincialibus, Praepositis, Rectoribus caeterisque Societatis nostrae superioribus, salutem in Domino sempiternam. Proficiscente in Poloniam Ill.mo et Rev.mo D.no D.no Antonio Sanctacrucio, Archiepiscopo Seleuciensi et Ss.mi Domini N.ri ad Ser.mum Regem Poloniae Nuncio Apostolico, omittere noluimus, quin eum pro singulari ipsius in Ordinem nostrum benevolentia et meritis, his letteris prosequeremur ac nostris diligenter commendaremus, ut ei debitum affectum et observantiam exhibere studeant, hospitiumque offerant et, si admittere dignabitur, officiose illum tractare et quicquid consolationem ipsi aliquam in Domino adferre possit, sedulo, ut par est, praestare satagant. Datum Romae, 24 Aprilis 1627.

Mutius Vitelleschus[31]

N. 16.

Urbanus VIII, pontifex maximus Antonio Santa Croce

Romae, 28 IV 1627.

Concedit ei licentiam pontificalia exercendi, licet pallium non susceperit.

Reg.: AV, Sec.Brev. 725 f. 286r. In margine breve summarium. In f. 284r adnotatio: "Beatissimo Padre. Mons. Santacroce supplica humilissimamente la Santità V.ra a fargli gratia che, non ostante che non habbia preso il pallio, possa nondimeno essercitare i Pontificali, conforme è stato concesso ad altri arcivescovi. Et il tutto ecc.".

[31] Mucius (Mutius) Vitelleschi (1563-1645), ab a. 1615 praepositus generalis Societatis Iesu.

Venerabili Fratri Antonio Archiepiscopo Seleuciensi
Urbanus Papa VIII

Ven.lis etc. Personam tuam Nobis et Apostolicae Sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benevolentia ac spiritualibus favoribus et gratiis prosequi volentes, tibi ut in quibuscumque locis, ubi te pro tempore adesse contigerit, quotiescumque de iure et ex Concilii Tridentini decretorum praescripto tibi licebit, Pontificalia exercere, licet pallium de corpore Beati Petri desumptum, de more aliorum Archiepiscoporum, in signum plenitudinis Pontificalis officii non susceperis, libere et licite valeas, apostolica auctoritate, tenore praesentium, concedimus et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. [a-Datum Romae apud Sanctam Mariam, die 28 Aprilis 1627, anno [Pontificatus nostri] quarto-a].

[b-Placet M[affeus]-b]

V. Theatinus[32]

a-a) *Alia manu adscriptum.*
b-b) *Subscriptio autographa papae.*

N. 17.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Florentiae, 3 V 1627.

Nuntiat se 1 V Florentiam advenisse. Describit honores sibi illic exhibitos et audientias sibi concessas a magno duce Ferdinando II et eius matre magna duce (Maria Magdalena), magna duce-vidua (Christina de Lotharingia) et cardinali (Carolo) de Medicis, quibus brevia pontificia et litteras commendaticias porrexerit, et a principe Laurentio et principibus Ioanne Carolo ac Matthia. Significat se accepisse litteras commendaticias a magna duce Maria Magdalena ad reginam Poloniae (Constantiam) scriptas. Refert de bona valetudine sororum et materterarum cardinalis Florentiae degentium.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 55r-v, 58r-v. In f. 58v summarium.

---

[32] Vulpianus Volpio (Vulpio, Volpi, 1559-1629), aepus Theatinus 1609-1615, nuntius extraordinarius in Hispania a. 1610-1611, epus Novariensis 1619-1622, secretarius brevium 1623-1627, ab a. 1627 praefectus domus pontificiae (cfr. Kraus PSS, p. 41). Cognomentum "Theatinus" derivatum est e Latino nomine urbis Chieti (Lat. Teate vel Theate).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Giunsi l'altr' hieri, che fu il primo del corrente, con salute a Firenze, seben accompagnato dal cattivo tempo, che pure ho incontrato quasi per tutto il viaggio. Mons. Nuntio di qui[33] si compiacque di prevenire il mio arrivo, uscendo un pezzo fuori della Città ad incontrarmi, e mi condusse al suo Palazzo, dove, poco dopo smontato, fu da queste Ser.me Altezze mandato il Sig. Ippolito Buondelmonte[34] a levarmi e condurmi a Palazzo, dove mi fu dato honorevolissimo appartamento. E fra gli altri honori ho havuto specialmente quello del servitio de' paggi e della continua assistenza del detto Sig. Buondelmonte.

Hieri alle 20 hore andai al Poggio Imperiale[35], dove si trattengono l'Altezze da Pasqua in qua. E prima feci riverenza alla Ser.ma Arciduchessa[36] et al Gran Duca[37], i quali mi ricevettero unitamente, con dimostratione di particolar gusto et affetto. E nel presentar loro i brevi di N.ro Signore[38] e le lettere di V.ra Signoria Ill.ma[39] diedero segni di molta divotione et osservanza verso gli uni e le altre, trattenendomi in domandarmi della salute e buono stato di Sua Beatitudine e di V.ra Signoria Ill.ma [55v] e di tutta l'Eccellentissima Sua Casa. E trattandomi la Signora Arciduchessa con termini di molta humanità, m'offerse ancora di volermi accompagnare con sue lettere in Polonia appresso la Maestà della Regina, le quali poi m'ha mandate questa mane[40]. Nel'entrare il Gran Duca mi ricevè alla porta della sua stanza e nel licentiarmi m'accompagnò fuori per due stanze.

Di là n'andai da Signori Prencipi Don G[iovanni] Carlo e Don Matthias[41], che si trovarono insieme. E mi vennero incontro due stanze dandomi sempre il primo luogo et il titolo d'Illustrissimo; e nel partire m'accompagnarono per tutto il loro appartamento. Al medesimo modo e con la medesima cortesia et affetto fui ricevuto e licentiato dal Sig. Prencipe Don Lorenzo[42], col quale successivamente andai a complire. Ritornato in Palazzo ad

---

[33] Alfonsus Giglioli (Zilioli, †1630), epus Anglonensis ab a. 1619, nuntius apostolicus Florentiae ab a. 1622.

[34] Hippolytus Buondelmonti (1586-1642), vir politicus et orator publicus Florentinus, curator negotiorum magni ducis Etruriae Mediolani a. 1619-1626, Venetiis a. 1629-1633.

[35] Sedes rustica magnorum ducum Etruriae.

[36] Maria Magdalena (1589-1631), filia Caroli de Habsburg, archiducis Styriae, soror Ferdinandi II imperatoris et Constantiae reginae Poloniae, vidua Cosmi II magni ducis Etruriae, post mortem mariti (1621) una cum eius matre, Christina de Lotharingia, pro Ferdinando II minore Magnum Ducatum regebat (usque ad a. 1629).

[37] Ferdinandus II de Medicis (1610-1670), magnus dux Etruriae ab a. 1621.

[38] Cfr. N. 10.

[39] Servata sunt registra epistularum Francisci Barberini ad principes et cardinales a. 1627-1628 datarum (BV, Barb.Lat. 6009 et 6244). Sed ne in uno quidem ex illis habentur litterae commendaticiae pro Antonio Santa Croce scriptae.

[40] Litterae ad reginam Constantiam non sunt repertae.

[41] Ioannes Carolus de Medicis (1611-1663), ab a. 1644 cardinalis, et Matthias de Medicis (1613-1667) - filii Cosmi II et fratres Ferdinandi II.

[42] Laurentius de Medicis (†1648), filius Ferdinandi I et frater Cosmi II.

un' hora di notte, mi fu fatto intendere che Madama Ser.ma era apparecchiata a ricevermi[43], onde n'andai a fargli riverenza, presentandogli il breve e la lettera, quali prese con ugual veneratione et allegrezza, manifestandomi anco in parole il medesimo senso.

Questa mattina [58r] mi sono trasferito dall'Ill.mo Sig. Card. de Medici[44] al suo Casino. E presentandogli il breve di N.ro Signore con la lettera di V.ra Signoria Ill.ma, ricevè ambedue con le medesime dimostrationi et honori nella persona mia, accompagnandomi poi fino al capo delle scale.

A tutti questi Prencipi non ho mancato di rappresentar' anco in voce il paterno e sant' amore che Sua Beatitudine porta verso questa Ser.ma Casa, et la singolare affettione di V.ra Signoria Ill.ma. E da essi, con efficaci et affettuose espressioni di riverenza verso la Santità Sua e d'osservanza verso la persona di V.ra Signoria Ill.ma, mi fu abondantemente corrisposto.

Trovandomi sbrigato di quanto qui m'occorreva, partirò domani per tempo a proseguire il mio viaggio, quale supplico la benignità di V.ra Signoria Ill.ma che sia sempre coll'assistenza della sua gratia. Et humilissimamente per fine me le inchino. Di Firenze, li 3 di Maggio.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-]Devo anco dar parte a V.ra Signoria Ill.ma della bona salute con cui ritrovai l'Ill.me Signore. La Signora Zia di Sua Santità e le Signore Sorelle e [58v] Zie di V.ra Signoria Ill.ma, quali tutte visitai hieri, sentirono consolatione estrema della nova ch'io diedi loro della sanità di Sua Beatitudine e di V.ra Signoria Ill.ma[45].

humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-a)]

[a-a)] *Autographum.*

---

[43] Christina de Lotharingia (1565-1636), filia Caroli III, ducis Lotharingiae, vidua Ferdinandi I, magni ducis Etruriae, post mortem filii - Cosmi II - ab a. 1621 una cum eius uxore Maria Magdalena Austriaca pro Ferdinando II adhuc minore Magnum Ducatum regebat (usque ad a. 1629).

[44] Carolus de Medicis (1596 - 1666), cardinalis ab a. 1616, postea ab a. 1635 protector Hispaniae, ab a. 1652 decanus Sacri Collegii.

[45] In monasterio Florentino Carmelitanarum Sanctae Mariae de Angelis tunc temporis commorabantur sorores Francisci Barberini: Camilla (1598-1666), in Ordine Innocentia ab Incarnatione, et Clarissa (1606-1665), in Ordine Maria Gratia a Sanctissimo Sacramento, et earum materterae (sorores Camillae Barbadori, uxoris Antonii Barberini)- soror Lucretia et soror Aurelia. Verisimiliter has duas nuntius appellat "zie di V.ra Signoria Ill.ma". Quae fuisset "la zia di Sua Santità", stabiliri non potuit, cfr. Pecchiai, p. 258-259.

N. 18.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Bononiae, 6 V 1627.

Nuntiat se Bononiam pervenisse, ubi a cardinali legato Roberto Ubaldini hospitio exceptus sit, cui breve pontificium et litteras commendaticias tradiderit. Certiorem eum facit se crastino die Mantuam versus iter suum perrecturum esse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 56r.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Devo con questa dar parte a V.ra Signoria Ill.ma del mio arrivo di questa mattina in Bologna e del favore ricevuto dall'Ill.mo Sig. Card. Ubaldino Legato[46], il quale ha voluto alloggiarmi nel suo Palazzo. Ho presentato a Sua Signoria Ill.ma il breve di N.ro Signore[47] e la lettera di V.ra Signoria Ill.ma[48].

Domani proseguirò il mio camino verso Mantova con speranza di miglior tempo del passato, havendo già havuto due giornate ottime. Che è quanto m'occorre al presente di dire a V.ra Signoria Ill.ma. Et a quella per fine faccio humilissima riverenza. Di Bologna, 6 Maggio 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)]

[a-a)] *Autographum.*

N. 19.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Veronae, 12 V 1627.

Certiorem eum reddit se 9 V pervenisse Mantuam ibique in aula ducali hospitio exceptum esse. Describit honores sibi exhibitos et audientiam a duce

---

[46] Robertus Ubaldini (1578-1635), secretarius status sub brevi pontificatu Leonis XI a. 1605, epus Montis Politiani a. 1607-1623, cardinalis ab a. 1615, legatus pontificius Bononiae a. 1623-1627.

[47] Cfr. N. 10.

[48] Cfr. notam ad N. 17.

Mantuae (Vincentio de Gonzaga) sibi concessam, extollit studium et observantiam huius principis in domum Barberinianam et narrat de conventu suo cum principe Carolo de Rethel. Refert se etiam alios proceres ibi coram convenisse et praeter alios ab epo Mantuano (Vincentio Soardi) visitatum esse; sed propter affectam valetudinem ducissae viduae audientiam apud eam sibi concedi non potuisse. Nuntiat se 10 V Veronam advenisse et ab episcopo loci hospitio exceptum esse.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 7r-8v.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone mio Col.mo.

Domenica mattina, che fu alli 9 di questo, arrivai con continuato buon tempo a Mantova, dove, essendo andato a smontare al Collegio di Padri Giesuiti, dopo lo spatio di mezzo quarto d'hora, venne mandato dal Sig. Duca[49] a levarmi con due carrozze il Sig. Riguardati, persona molto stimata per le sue qualità[50]. Qual mi condusse in Corte, ove mi fu dato un'appartamento molto splendido e sontuoso. Et incontinente Sua Altezza mandò a visitarmi per un suo Cameriero della chiave d'oro. Hebbi quivi la continua assistenza alla persona mia del detto Sig. Riguardati e d'un altro di Corte alla mia famiglia; nelle due sale precedenti alle mie stanze due guardie: l'una d'arcieri, l'altra d'archibugieri, chiascheduna di sei o sette persone, il servitio di sei paggi alla messa et al mangiare, qual è stato sempre regalatissimo e sotto baldachino. Mi domandò il Sig. Riguardati se havevo brevi per Sua Altezza e per altri, e s'io volevo visitare Madama la Vedova che se ne sta nel Monastero di Santa Orsola[51]. Al che risposi non haver breve se non per Sua Altezza[52], ma che havrei visitato anco Madama, havendo inteso che Mons. della Leonessa l'haveva visitato[53].

La mattina seguente, alle 15 hore, andai all'audienza del Sig. Duca, quale coll'anticamera piena di cavaglieri e nobiltà, [7v] mi venne incontro per tre stanze et un corritore piccolo. E condottomi in camera, fece rimovere alquanto da parte la sua sedia che stava nel mezzo sotto baldachino, e vi fe-

---

[49] Vincentius II de Gonzaga († 25 XII 1627), dux Mantuae ab a. 1626, antea a. 1615-1616 cardinalis.

[50] Aurelius Recordati († post 1630), a. 1612-1613 curator negotiorum ducis Mantuae in Urbe, ab a. 1613 consiliarius in cancellaria ducis Mantuae, peritus in rebus Romae, Neapolis et Florentiae, cfr. Quazza GSMM passim, Quazza DG p. 43, 48.

[51] Catharina de Medicis (1593-1629), filia magni ducis Etruriae Ferdinandi I, uxor Ferdinandi I ducis Mantuae, post mortem mariti (1626) in monasterium Sanctae Ursulae se abdidit, mense Iunio a. 1627 in Etruriam revertit et suscepit munus gubernatricis Senarum.

[52] Cfr. N. 10.

[53] Fabius de Lagonissa (1584-1652), aepus Compsanus 1622-1645, nuntius pontificius Bruxellis 1627-1631, ab a. 1634 patriarcha titularis Antiochenus, cfr. Meerbeeck NF, p. V-X, 4. In itinere Bruxellas 13 IV 1627 visitavit Mantuam, cfr. eius litteras ad Franciscum Barberini datas, BV, Barb.Lat. 6815 f. 6r.

ce metter sotto anco la mia, ch'era della stessa qualità della sua. Gli presentai il breve di N.ro Signore e la lettera di V.ra Signoria Ill.ma[54]. Al ricever de' quali mostrò senso di particolare allegrezza. Proseguendo poi in significarmi il desiderio grande che teneva della protettione di Sua Santità e di V.ra Signoria Ill.ma, et accompagnandovi parole di molta osservanza, diede segno di restar consolato, quando io l'assicurai della paterna e buona volontà di N.ro Signore verso Sua Altezza e dell'affettione che V.ra Signoria Ill.ma le portava. Per un quarto d'hora mi trattenne in domandare della buona salute di Sua Beatitudine, di V.ra Signoria Ill.ma e di tutta l'Ill.ma Sua Casa. Al partire m'accompagnò fuori per tutte le stanze sin al fine della sala, sempre con particolar honore e cortesia, e trattando sempre col titolo d'Illustrissimo.

Ritornato alle mie stanze, fui visitato dal Prencipe di Ratello[55], figliolo del Sig. Duca di Nivers[56], qual trovai un compito Signore, e per quel ch' intesi, viene molto amato dalla Città e tenuto in concetto di giovane spiritoso et accorto. Dopo di esso venne a visitarmi Mons. Vescovo della Città[57] e molti altri Signori. E dopo pranzo [8r] fui a rendere la visita al detto Prencipe. In questo, havendo il Sig. Riguardati mandato a significare a Madama il desiderio mio di visitarla, fece dire che per haver Sua Altezza preso quella mattina una medicina, si scusava di non puoter ricevere la mia visita, che fuori di questo impedimento havrebbe havuto molto cara.

Et havendomi il Sig. Duca fatto sapere che voleva venire a visitarmi la sera nelle mie stanze, per essere poi uscito in campagna e ritornato tardi non puotè venire, ma differì per la mattina e mi mandò ad offerire carrozza per puotermene venire a Verona. La mattina, alle 15 hore, con gran comitiva di nobiltà e con le solite guardie, venne alle mie stanze e si trattenne meco presso mezz'hora, significandomi di novo con parole efficaci il suo desiderio della protettione di N.ro Signore e della gratia di V.ra Signoria Ill.ma, et aggiungendo nove et amorevolissime offerte alla persona mia. Partita Sua Altezza et havendo io pransato, partii con una carrozza di Corte alla volta di Verona, ove giunsi su le 22 hore, e vi sono stato alloggiato e singolarmente accarezzato da Mons. Vescovo[58], et hora sono in punto di partire. Ho dato di

---

[54] Cfr. notam ad N. 17.

[55] Carolus dux de Rethel (1609-1631), filius Caroli de Gonzaga de Nevers, ab a. 1625 in aula ducis Mantuae commoratus, se parabat ad successionem post Vincentium II nullam prolem habentem; a. 1627 exspectabat dispensationem papalem ad contrahendum matrimonium cum Maria filia Francisci IV de Gonzaga, ducis Mantuae, quod tandem 25 XII 1627 initum est; ab a. 1627 - postquam pater Ducatu Mantuae potitus est - dux de Nevers.

[56] Carolus I de Gonzaga de Nevers (1580-1631), dux de Nevers 1595-1627, dux Mantuae 1627-1631, post mortem Vincentii II ducis et post exstinctionem principalis lineae stirpis de Gonzaga, Ducatu Mantuae feliciter est potitus. In Ducatus ambitione contra Ferdinandum (Ferrante) de Gonzaga, ducem Guastallae ab Hispanis propositum, a Gallis adiutus est. Bellum de successione Mantuana, quod dicitur, propter hanc controversiam ortum, usque ad a. 1631 perduravit et conclusum est pace Cherasci inita, quae dominationem Mantuanam ducis Caroli certo sanxit et confirmavit.

[57] Vincentius Agnelli-Soardi (†1644), ab a.1620 epus Mantuanus.

[58] Albertus Valier (†1630), epus Veronensis ab a.1606.

qui conto di tutto ciò a V.ra Signoria Ill.ma [8v] per non haver havuto in Mantova occasione di mandar lettere prima di quelle che si possono spedire di qua. E con tal fine a V.ra Signoria Ill.ma humilissimamente m'ichino. Di Verona, li 12 Maggio 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a]

a-a) *Autographum.*

N. 20.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Tridenti, 14 V 1627.

Certiorem eum facit se 13 V Tridentum advenisse et ibi ab episcopo coadiutore (Carolo Emmanuele Madruzzi) hospitio receptum esse eidemque coadiutori breve pontificium et litteras ipsius porrexisse.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 9r. In f. 20v summarium.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Sarà questa per dar conto a V.ra Signoria Ill.ma del mio arrivo che fu hiersera in Trento, dove sono stato incontrato da Mons. Coadiutore[59], e da esso alloggiato et accarezzato nel suo palazzo. Gli ho presentato il breve di N.ro Signore[60] e la lettera di V.ra Signoria Ill.ma[61], da quali ha mostrato restar molto honorato e me n'ha detto parole espressive d'obligo grande verso la Santità Sua e V.ra Signoria Ill.ma per questo favore fattogli. Hoggi torno a seguitare il mio viaggio. E non occorrendomi altro, a V.ra Signoria Ill.ma fo per fine humilissimamente riverenza. Di Trento, 14 Maggio 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a]

a-a) *Autographum.*

---

59 Carolus Emmanuel Madruzzi (†1658), coadiutor epi Tridentini cum titulo epi Aureliopolitani ab a. 1622, ab a. 1629 princeps-epus Tridentinus.

60 Cfr. notam de provenientia documenti ad N. 10.

61 Cfr. notam ad N. 17.

N. 21.

Card. Ludovicus Ludovisi,
praefectus S. Congregationis de Propaganda Fide
Antonio Santa Croce

Romae, 15 V 1627.

Mittit duo brevia cum indulgentiis, alterum ad epum Culmensem (Iacobum Zadzik), alterum ad epum Luceoriensem (Stanislaum Łubieński) data.

Reg.: APF, Lett. Volg. 6 f. 61v-62r.
- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 54.

Al Nuntio di Polonia

Si mandano a V.ra Signoria gli inclusi due brevi d'Indulgenze[62]: l'uno per il Vescovo Culmense[63], l'altro per il Vescovo Luceoriense[64]. Si compiacerà di farglieli sicuramente capitare, et a [62r] suo tempo me ne darà poi avviso, mentre qui[a)] per fine me le offero e raccomando ecc. Roma, li 15 Maggio 1627.

237 Albertus Stanislaus Radziwiłł erat tenutarius Mevae (Gniew) prout maritus (ab a. 1619) Reginae von Eisenreich, viduae Michaelis Działyński, capitanei Mevensis, quae haec bona usque ad vitae finem a rege acceperat, PSB XXX, p. 143.

238 Rex Torunia discessit 17 VIII 1627.

239 Exemplar "Instructionis pro Comitiis Generalibus Regni Poloniae, Varsaviae die 12 Octobris 1627" legitur in f. 129r-132r. Haec instructio fusius descripta est a Ioanne Seredyka (Seredyka SZN, p. 17-20).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Con la lettera di V.ra Signoria Ill.ma delli 9 Luglio ho ricevuto un breve d'Indulgenza per li Rutheni uniti[240], al Metropolita de quali l'invierò con ogni prontezza, secondo il commandamento di V.ra Signoria Ill.ma. Alla quale ne rendo devote gratie et humilissimamente la riverisco. Di Varsovia, 21 Agosto 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a]

a-a) *Autographum.*

N. 69.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 28 VIII 1627.

Litteras eius 17 VII datas, de nominatione Pauli Piasecki ad episcopatum Camenecensem nuntiantes (vide N. 49), se accepisse nuntiat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 107v-108r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 117v-118r.

N. 70.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 28 VIII 1627.

Significat se accepisse eius litteras nuntiantes de nominationibus regiis ad episcopatus Luceoriensem et Premisliensem insieme con la relatione honorifica de' suggetti[241]. Si gradisce la diligenza di V.ra Signoria e si aspetta vederne i processi che hora si vanno formando.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 108r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 118r.

---

240 Cfr. N. 39.
241 Cfr. N. 44.

N. 71.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 28 VIII 1627.

Nuntiat litteras eius 12 VII datas ad se pervenisse. Successibus bellicis Polonorum gaudet et responsum regis oratoribus Batavis datum probat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 108r-v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 118r.

Inchiuse del dispaccio di V.ra Signoria de 12 del passato[242] sono venute copie d'alcune scritture[243], oltre 'l consueto foglio d'avvisi[244]. E non meno l'uno che l'altro si son gradite. Si è sentito parimente piacere che alla sconfitta, la quale hebbero le soldatesche di Michelburgh su' l'entrare in cotesto Regno[245], venga hora aggiunto l'acquisto di Gneva[246], fatto dal Generale Polono[247] quasi in faccia di Gostavo, che stando così vicino non ha osato soccorrerla. Il che quanto inferisce debolezza di [108v] forze e di animo in lui, altretanto deve darlo ai Poloni di proseguire arditamente la guerra. La risposta esclusiva data da cotesto Re a gli Ambasciatori Olandesi[248] è degna della Maestà Sua, che opera conforme alla sua grandezza e generosità. Col qual fine mi offero a V.ra Signoria di tutto cuore. Roma, 28 Agosto 1627.

N. 72.

Ludovicus Ludovisi,
praefectus S. Congregationis de Propaganda Fide
Antonio Santa Croce

Romae, 28 VIII 1627.

Causam, non accuratius descriptam, cuiusdam patris Dominici, Carmelitae Discalceati, ei commendat.

Reg.: APF, Lett. Volg. 6 f. 133v.

---

242 Cfr. N. 44 et N. 45.
243 Cfr. notam ad N. 45.
244 Non repperi.
245 De gestis exercitus Suetici in Megapoli vide notam ad N. 45.
246 Meva (Gniew) expugnata est 12 VII 1627, cfr. Szelągowski.
247 Stanislaus Koniecpolski.
248 Rochus van den Honert, Andreas Bicker, Simon van Beaumont, Gisbertus van Boetzler.

Al Nuntio di Polonia

Riceverà V.ra Signoria l'inclusa lettera del Padre Domenico di Gesù Maria, Carmelitano Scalzo, continente un negotio ch'egli ha col Sig. Principe di Polonia[249]. Lo raccomando alla diligenza di V.ra Signoria, acciò questo buon Padre da quell'Altezza conseguisca quanto desidera. Che per fine a V.ra Signoria m'offero e raccomando. Roma, 28 Agosto 1627.

N. 73.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 28 VIII 1627.

Notum facit litteras ex Italia ea hebdomada ad se non pervenisse propter rapinam, quam tabellarius prope Tridentum passus sit. Nuntiat se postridie in Prussiam profecturum esse. Adiungit litteras notulis arcanis exaratas.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 121r. In f. 124v summarium; alia manu nota: "Risposto 30 Ottobre" et summarium responsi (v. N. 120). Litteris annexae sunt novitates ("avvisi"), vide N. 74.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Questa settimana non sono giunte qua le lettere d'Italia, ma è venuto avviso a questi Mastri della Posta, che il corriero sia stato svaligiato vicino a Trento. Di che do conto a V.ra Signoria Ill.ma e le invio riverentemente con questa una zifra[250]. Et occorrendomi solo di dirle che domani mattina partirò alla volta di Prussia a servire Sua Maestà, a V.ra Signoria Ill.ma per fine humilissimamente m'inchino. Di Varsovia, 28 Agosto 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)

a-a) *Autographum.*

---

249 Persona et causa, de qua agitur, ignorantur.
250 Cfr. N. 74.

N. 74.

"Avviso"
ab Antonio Santa Croce
ad Secretariatum Status transmissum

Varsaviae, 28 VIII 1627.

Describuntur proelia, quae 17 et 18 VII circum castra Polona (prope Lubieszewo) commissa sunt, praeter alia mentio fit Gustavi Adolfi ibi in pectore vulnerati. Rex Graudentio ad castra profecturus erat.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 122r. Annexum ad litteras N. 73.

Di Varsovia, 28 Agosto 1627

Martedì passato, che fu alli 17 del corrente, essendo Gostavo uscito con buon numero di gente di Dersau per venire ad assaltare il Campo Polono, credendo di sopragiungerlo improviso et otioso, ma essendosi presentito il Generale[251], uscì ad incontrarlo con le sue genti in ordinanza. Per lo che Gostavo s'andò ritirando a poco a poco, et il Generale dubitando d'esser tirato in qualche insidia, non volse allontanarsi gran spatio dalle trinciere, ma fermatosi con quattro sole compagnie, rimandò in dietro il resto dell'essercito. Et all'hora Gostavo ritornato velocemente adietro assaltò li Polacchi, i quali facendo testa, come inferiori di numero, vi rimasero feriti molti di essi et morti alcuni. Et al Generale fu ammazzato sotto il cavallo con poco danno de' Sueci, i quali non stettero molto a ritirarsi, per dubbio non sopragiungesse il rimanente dell'essercito.

Il giorno seguente uscì di nuovo in camapagna Gostavo, ma incontrato da Polacchi con forze proportionate, vi restò perdente con morte d'alcuni de' suoi, specialmente di due Capitani. E s'intese per un soldato che fu preso, come Gostavo haveva ricevuto una ferita nel petto, et vistolo levar di terra con aiuto de suoi, et farsi riportare a Dersau[252].

Sua Maestà dovea partire lunedì prossimo passato da Grugionz[253] verso il Campo.

---

[251] Stanislaus Koniecpolski.

[252] Haec descriptio refertur ad pugnam prope Lubisezewo commissam. Revera Sueci tantummodo propter vulnus Gustavi Adolfi ad recessum coacti sunt, cfr. Szelągowski, p. 177-178.

[253] Graudentium (Grudziądz) ad Vistulam in Prussia Regali.

N. 75.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Toruniae, 3 IX 1627.

Nuntiat se hesterno die Toruniam venisse, inde regi, qui Gedani sit, obviam esse iturum; regem deinde in animo habere se conferre ad exercitum, oppugnationem Dirsoviae (Tczew) praeparantem. Scribit rumorem sparsum esse Gustavum Adolfum propter vulnus in recenti pugna acceptum vita esse functum.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 127r. In f. 134v summarium; alia manu nota: "Risposto 30 Ottobre" et summarium responsi (v. N.118).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Giunsi hiersera a Turogna, il quinto giorno da che partii da Varsovia, e domani proseguirò il mio camino a trovare Sua Maestà, la quale è aviso che hora si trova in Danzica, e che fra due o tre giorni se n'andrà di là all'essercito, il quale si dice che sia già sotto Dersau, e che attende a fabbricar le trinciere per assediar detta Città, dentro la quale è la persona di Gostavo. Sì che penso che arriverò in tempo di trovare Sua Maestà nel campo.

Ho anco avviso da buon'auctore che la ferita che Gostavo ricevé nella passata zuffa, come scrissi a V.ra Signoria Ill.ma[254], sia di momento, onde s'era sparsa voce, benché falsa, ch'egli fosse morto. D'altro non ho che portar ragguaglio a V.ra Signoria Ill.ma questa volta, che però resto facendole humilissima riverenza. Da Turogna, li 3 Settembre 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-]humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-a)]

[a-a)] *Autographum.*

[254] Cfr. N. 74.

N. 76.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 4 IX 1627.

Significat ea hebdomada nullas litteras eius ad se allatas esse. Rogat, ut - si forte perierint - altera earum exempla mittat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 108v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 118v-119r.

Spira la presente settimana senza comparsa d'alcuna lettera di V.ra Signoria per noi. La notitia che habbiamo de gli impedimenti soliti frapporsi alle poste in cotesti paesi ci conferma quello che teniamo della sua diligenza. Ma se giudicherà che le sue lettere, quali hora dovean capitarci, sieno potute smarrirsi, potrà V.ra Signoria sul'avviso che le diamo supplir col duplicato. Viene a lei con questa un'altra lettera[255]. E di cuore me le raccomando. Di Roma, 4 Settembre 1627.

N. 77.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 4 IX 1627.

Significat summum pontificem in recenti consistorio novos cardinales creasse vel eos, qui iam prius "in pectore" promoti essent, palam declarasse et simul nominasse aliquot officiales Curiae Romanae.

Reg.: AV, Nunz.di Fiandra 139 f. 22r-v. In registro AV, Nunz.Pol. 174A in f. 108v adscriptum sub textu litterarum (N. 76): "Fu sotto questo medesimo giorno dato parte della promottione de' Signori Cardinali, seguita il lunedì passato, 30 del caduto, come al Registro di Fiandra sotto questo medesimo di Settembre" (adnotatio eiusdem tenoris legitur etiam in copiario BV, Barb.Lat. 6226 in f. 119r).
Cop.: BV, Barb.Lat. 6207 f. 118v-119r.
- **Ed.:** Meerbeeck NF, p. 30-31 summarium.
- **Ed.:** Wijnhoven NBD II, p. 3-4.

Nel Concistoro di lunedì mattina, 30 del passato, si compiacque la Santità di N.ro Signore di dichiarar primieramente que' tre Cardinali che s'ha-

[255] Cfr. N. 77.

veva riserbati in petto nell'antecedente promotione[256]; e furono Mons. Francesco Nicolo di Lorena[257], fratello di quell'Altezza[258], Mons. Vidoni, Tesoriere[259], e Mons. Ginetti, Maggior Domo di Sua Santità e Segretario della Consulta[260]. Nella fine poi del medesimo Concistoro fece Sua Beatitudine promotione al Cardinalato di nove altri soggetti, cioè Mons. Verospi, Auditore di Rota[261], il Padre Pietro Beroul, Francese[262], il Sig. Don Egidio Albornozzi[263], Spagnolo, e Mons. Cesarino, Chierico di Camera[264]. Gli altri cinque promossi si riserbò Sua Beatitudine di publicarli nominatamente in altro tempo[265].

Nel carico di Maggior Domo di Sua Santità è destinato Mons. Vulpio[266], nella Tesoreria succede Mons. Durazzo[267], nell'Auditorato di Rota il Sig. Girolamo Verospi, nipote del Sig. Cardinal Verospi[268], e Mons. Maraldi eserciterà per hora la Segretaria de Brevi[269]. Che è quanto m'è parso di significar a V.ra Signoria, alla quale desidero salute. Roma, 4 Settembre 1627.

N. 78.

Card. Ludovicus Ludovisi,
praefectus S. Congregationis de Propaganda Fide
Antonio Santa Croce

Romae, 4 IX 1627.

Mittit litteras metropolitae Kioviensi unito (Iosepho Velamino Rutski) inscriptas, aliquot dispensationes matrimoniales continentes.

---

256 Scilicet in consistorio 19 I 1626 celebrato.

257 Nicolaus Franciscus a Lotharingia (1609-1670), epus Tullensis ab a. 1625, card. ab a. 1627 (1626 in pectore).

258 Carolus IV a Lotharingia (1604-1675), dux Lotharingiae a. 1624-1634 et 1641-1675.

259 Hieronymus Vidoni († 1632), thesaurarius Camerae Apostolicae a. 1625-1627, card. ab a. 1627 (in pectore 1626).

260 Martius Ginetti (1585-1671), praefectus Domus et Palatii Apostolici a. 1626-1627, secretarius Consultae annis 1623-1627, card. ab a. 1627 (in pectore 1626).

261 Fabricius Verospi (1572-1639), auditor Rotae a. 1612-1627, nuntius extraordinarius Vindobonae a. 1619 et 1622, card. ab a. 1627.

262 Petrus de Bérulle (1575-1629), conditor Congregationis Oratorii (Congreg. Oratorii Iesu et Mariae Immaculatae, OrJMI), cardinalis ab a. 1627.

263 Aegidius Álvarez Carillo de Albornoz (1579-1649), card. ab a. 1627, aepus Tarentinus 1630.

264 Alexander Cesarini (1592-1644) clericus Camerae Apostolicae a. 1620-1627, card. ab a. 1627, epus Viterbiensis a. 1636-1638.

265 Promotiones Antonii Barberini iunioris et Hieronymi Columnae (Colonna) publicatae sunt 7 II 1628, Ioannis Baptistae Pamphili et Ioannis Francisci Guidi di Bagno 19 XI 1629. Numerus 5 promotorum per errorem allatus esse videtur.

266 Vulpianus Volpi.

267 Stephanus Durazzo (1594-1667), thesaurarius Camerae Apostolicae a. 1627-1634, card. ab a. 1634, aepus Genuensis ab a. 1635.

268 Hieronymus Verospi (1599-1652), auditor Rotae ab a. 1627, card. ab a. 1652.

269 Marcus Aurelius Maraldi (1565-1651), referendarius pontificius ab a. 1612, datarius a. 1616-1622, auditor Camerae ab a. 1622, secretarius brevium ab a. 1627.

Reg.: APF, Lett. Volg. 6 f.135v.
- **Ed.:** Welykyj LPF I, p. 66.

Al Nuntio di Polonia

Nella qui congionta lettera del Metropolita di Russia si mandano certe dispense matrimoniali ottenute dal Santo Ufficio[270], alle quali V.ra Signoria procurerà di dar spedito ricapito, essendo negotio che non porta punto di dilatione, et a suo tempo non mancherà d'avvisarmene la ricevuta. Che ecc. Roma, li 4 Settembre 1627.

N. 79.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae, 10 IX 1627.

Notum facit se litteras eius 24 et 26 VII datas accepisse. Negotium sacerdotis Caroli Nerwicz, parochi in Dobrowoda, secundum voluntatem summi pontificis se epo Cracoviensi (Martino Szyszkowski) esse significaturum. Adiungit alteras litteras et litteras notis arcanis scriptas.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 137r. In f. 142v summarium; alia manu nota: "Risposto 13 Novembre" et summarium responsi (v. N. 130).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Ricevo in questo giorno due lettere di V.ra Signoria Ill.ma: l'una de 24[271], l'altra de 26 di Luglio[272]. A questa non devo altra replica, a quella ubbidirò con significare a Mons. Vescovo di Cracovia[273] il senso di Nostro Signore circa la persona di Don Carlo Nerviz, Parocho di Dobradavo. Queltanto che devo significare di più a V.ra Signoria Ill.ma col presente spaccio si de-

---

[270] Litterae Sancti Officii ad Iosephum Velaminum Rutski 28 VIII 1627 datae (continent dispensationem matrimonialem ab impedimento cognationis pro quodam Stephano Rutheno), reg. in BV, Barb.Lat. 6335 f. 207v.

[271] Ultima epistula card. Francisci Barberini ad Ioannem Baptistam Lancellotti scripta - responsum ad novitates ("avvisi") ab eodem nuntio missas, reg. AV, Nunz.Pol. 174A f. 105r-v, cop. BV, Barb.Lat. 6226 f. 114v-115r.

[272] Cfr. N. 50. Litterae quidem dato 24 VII 1627 praeditae sunt, sed ex textu patet hic de eodem scripto agi. Fortassis nuntius hoc loco errat aut litteris originalibus alius dies quam in registro adscriptus est.

[273] Martinus Szyszkowski.

gnerà vedere nell'aggiunta lettera e cifera[274]. E qui resto facendole humilissima riverenza. Di Staragarda, li 10 di Settembre.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-]humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-a)]

[a-a)] *Autographum.*

N. 80.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae, 10 IX 1627.

Nuntiat se Starogardiae in Pomerania, non procul a castris Polonis, commorari. Hesterno die inter Suecos et Polonos de pace tractatum esse. Describit colloquia ea de re utrimque habita, utriusque partis commissarios enumerat et asserit Suecos maiorem partem condicionum a Polonis latarum repudiaturos esse. Describit statum exercituum Sueticorum et notat Gustavum Adolfum ex vulnere accepto nondum sanatum esse. Accurate refert de castris Polonis, de numero militum et tormentorum, quae in eis habentur, describit situm et naturam locorum et dispositionem copiarum; notat munitiones eorum parum firmas et solidas esse et significat praesentiam peditum Germanorum. Scribit Polonos, si colloquia de pace facienda interrumpantur, adhuc ante regis Varsaviam ad comitia reditum, proelium cum Suecis commissuros esse. Regem praeterita septimana Gedani fuisse et iussisse, ut aliquae naves instruerentur, quae auxilia Suetica per mare Balticum pervenientia impedirent. Refert de colloquio cum principe Vladislao habito, ex quo cognovit regem Angliae (Carolum I) a Gustavo Adolfo postulasse, ut transitum Vistulae liberaret et custodiam ostii eiusdem fluminis, mercatoribus Anglis valde damnosam, abrogaret.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 135r-136v.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Da Turogna, di dove scrissi a V.ra Signoria Ill.ma la settimana passata[275], venni a Staragarda ne' confini di Pomerania[276], dove mi trovo al pre-

[274] Cfr. N. 80 et N. 81.
[275] Vide N. 75.
[276] Starogardia (Starogard Gdański).

sente, lontano dall'essercito di Sua Maestà sette miglia italiane, non havendo potuto pigliar stanza nel campo istesso senza incommodo delle militie, né meno in luogo più vicino, non essendovene altro più sicuro di questo, di dove però posso commodomente andare e mandare ad ogni hora nel campo per qualunque occorrenza.

Intesi per strada che si trattava la pace, e hieri appunto, mentre mi trovavo all'essercito, tornarono li Comissarii a ciò deputati dal secondo trattato, il quale fu nel luogo e nella forma seguente. Partono li Comissarii da gli esserciti intorno alle quindeci hore, accompagnati chiascheduna delle parti da ottocento cavalli, e vengono ad un luogo designato nel mezzo dell'uno e l'altro essercito, ove sono posti li padiglioni per chiascheduna parte, et in mezzo a questi un padiglione per li Ambasciatori Olandesi[277], che già furono in Varsovia, mezzani e [...]-a) di questa pace, i quali portano le proposte e le risposte all'una e l'altra parte, [non]-a) s'abbocando mai li Comissarii fra di l[oro]-a) per levar ogn'occasione d'alteratione e di rumori, essendo le pretensioni di Gostavo molto alte e gli animi de' Polacchi per l'ingiurie ricevute molto essacerbati.

Li Comissarii per Sua Maestà sono: Mons. il Vescovo di Culma[278], il Palatino di Brescia[279], il Capitano di Biechovia[280] et il Sig. Denoff[281]. E per [135v] Gostavo sono il Gran Maresciallo[282] e il Gran Cancelliere[283] di Suecia con due altri principali di quel Regno[284].

Dal canto de' Poloni si sono proposte le conditioni dell'anno passato, conforme che sono descritte nell'acchiuso foglio[285], e benché in gran parte siano recusate da Gostavo, tuttavia facilmente converrebbe nell'altre, eccetto che in quella che dopo la morte di Gostavo succede nel Regno di Suecia la stirpe di Sua Maestà, dicendo Gostavo non poter [condiscendere?]-a) a questo, per non contentarsene i suoi soldati, quali sono già stati da lui posti in libertà di potere dopo la morte sua eleggere chiunque [...]-a) loro per Re.

---

277 Rochus van den Honert, Andreas Bicker, Simon van Beaumont, Gisbertus van Boetzler.

278 Iacobus Zadzik.

279 Iacobus Szczawiński (†1637), palatinus Brestensis Cuiaviensis ab a. 1620, cfr. Urzędnicy kujawscy, p. 63.

280 Hic nuntius errare videtur, nam pactionibus illis interfuit non capitaneus, sed castellanus (ab a. 1618) Biechoviensis, Nicolaus Mielżyński (†1639/40), pluries legatus ad comitia Regni, postea castellanus Gnesnensis ab a. 1628, cfr. Seredyka SZN, p. 99.

281 Ernestus Magnus Denhoff (1581-1642), pluries commissarius in pactionibus pacis cum Suecis faciendae a. 1626-1635, ab a. 1634 castellanus Parnaviensis, ab a. 1640 palatinus Parnaviensis.

282 Theodoricus Falkenberg (circa 1580-1631), orator publicus et exercitus dux, marescalcus aulae Regni Suetiae ab a. 1625, SMK II, p. 486.

283 Absalon (Axel) Oxenstierna (1583-1654), cancellarius Regni Suetiae ab a. 1612, a. 1626-1629 gubernator generalis Prussiae, SMK V, p. 681-684.

284 Ioannes Baner (1596-1641), orator publicus et dux exercitus, tempore belli Pruthenici gubernator arcis Głowa, interfuit omnibus colloquiis de pace a. 1627-1629 inter Polonos et Suecos habitis, SMK I, p. 178; Ake Henriksson Tott (auctores Poloni perperam ponunt Tott Ake Axelsson) (1598-1640), orator publicus et dux exercitus, particeps belli Pruthenici, SMK VIII, p. 25.

285 Revera nuntius hoc "folium" praesentibus litteris non annexit, sed per alium proximum cursorem misit, cfr. adnotationem manu propria sub his litteris adscriptam et notam ad N. 87.

L'essercito Polacco sta vicino a quel del nemico una lega, essendosi dopo la scaramuccia passata, della quale diedi conto a V.ra Signoria Ill.ma[286], discostato della città di Dersau, sotto la quale s'è fortificato Gostavo col suo essercito, il quale si vede sia di dieci mila huomini, ma poco in ordine e con penuria di molte cose. Et egli si fa vedere a cavallo, seben porta il braccio al collo per la ferita che ricevé non nel petto, come già fattone conto, ma in una spalla, seben' a principio era di qualche consideratione, conforme che m'ha affermato Sua Maestà.

L'essercito Polono sarà di 20 mila persone in tutto, ma di combattenti intorno a quindeci mila, con molta gente fiorita [sic]. Occupa spatio grande di paese, essendosi [136r] accampato con molta larghezza et in sito inequale, stando altri in piano, altri in collina. Non è trincierato, né fortificato da banda alcuna, confidando Polacchi nella virtù propria e professando di star sempre desti e pronti ad ogni motivo del nemico. Alli due fianchi in luogo emminente [sic] sono posti 24 pezzi d'artigliaria, per parte cinta da semplice fossa e guardata nel fianco destro dalla fanteria Alemanna, venuta ultimamente, la quale alloggia più [...]-a) e piu stretta che il resto dell'essercito, e nel fianco sinistro da altra fanteria pure di Germania pagata da Sua Maestà. Nel mezzo del campo sono li padiglioni di Sua Maestà, del Ser.mo Prencipe suo figliolo e del Generale[287], con le loro guardie divise in più corpi. Intendo che da questo sia per moversi in breve l'essercito et [accostare]-a) più al nemico, perché in caso non segua la pace, come ogn'uno vede, Sua Maestà prima di tornare a Varsovia alla Dieta[288] [vorrà tentare]-a) qualche impresa. Ma li Oratori Olandesi s'affatticano gagliardamente intorno all'accommodamento per il molto che importa loro, e perché desiderano che la g[uardia?]-a) che ha Gostavo s'impieghi in opporla all'essercito Imperiale, il quale va facendo contro il Dano grandissimi progressi.

Sua Maestà fu la settimana passata in Danzica, dove partendo lasciò ordinato [136v] che si resarcissero alcuni vascelli da armarsi, per impedire li agiuti che vengono per il mar Baltico a Gostavo, e per impedire al medesimo il ritorno in Suecia, in caso che fosse rotto in queste bande. Et a quest' effetto Sua Maestà si serve anco d'altri vascelli forastieri, che sono in quel porto al numero di trenta in tutto. Arrivò giovedì dell'istessa settimana al campo[289], dove andai hieri a fargli riverenza, e mi consolai non poco di vedere la Sua Maestà fra i disag[ii]-a) e l'incommodità dell'essercito con la solita sua serenità et allegria, e con la miglior ciera e dispositione di quella che havesse stando alla Corte.

---

286 Cfr. N. 74.

287 Stanislaus Koniecpolski.

288 Cfr. notam ad N. 31.

289 Rex rediit ad castra die 2 IX 1627.

Dicendo io al Prencipe Vladislao d'haver inteso che il Re d'Inghilterra[290], havuto con Ambasciatore[291] fatto intendere espressamente a Gostavo di voler che in ogni maniera si liberasse il transito della Vistola, per il danno ch'egli ne sentiva, Sua Altezza rispose essere ciò vero et che il detto Ambasciatore si ritrovava ancora con Gostavo. E con tal fine a V.ra Signoria Ill.ma humilissimamente m'inchino. Di Staragarda, li 10 Settembre 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(b-La persona che n'haveva promesso mandarmi il sopraccennato foglio delle condizioni, non me l'ha mandato et il corriere fa fretta di partire. Supplico V.ra Signoria Ill.ma a scusarmi che supplirò col prossimo ordinario.

humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-b)

a) *Charta deleta.*
b-b) *Autographum.*

N. 81

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae, 10 IX 1627.

Nuntiat se in audientia sibi concessa regem adhortatum esse, ut condicionibus pacis tunc tractatis adiungeret condicionem libertatem religionis catholicae in Suetia promoventem. Subiungit se una cum rege gavisum esse successibus bellicis exercituum imperialium regemque incitasse, ut firmiter ageret et iustam causam suam strenue defenderet, praesertim si forte fretum Sundicum a copiis imperatoris occuparetur et hostibus clauderetur. Scribit praeterea regem a mercatore quodam comperisse de clade et fuga regis Daniae (Christiani IV) eiusque filii. Principem (Vladislaum) sibi dixisse electores ecclesiasticos moleste ferre, ut rex Daniae nimis prematur atque vexetur. Secretarium magnum Regni (Nicolaum Szyszkowski) inter colloquium protulisse opinionem difficillimum esse in tractationibus pacis libertatem et iura catholicorum in

290 Carolus I Stuart (1600-1649), rex Angliae et Scotiae ab a. 1625.

291 Agitur procul dubio de procuratore mercatorio Societatis Orientalis Anglicae in Polonia, nam orator seu legatus regis Angliae penes regem Poloniae tunc deerat. Procurator eiusmodi fuit Franciscus Gordon († post 1655), qui curabat negotia Societatis Orientalis prius Elbingae, postea Gedani, a. 1626-1642. Commisso sibi munere expleto in Polonia remansit, cfr. Mierzwa, p. 60-61.

Suetia defendere, cum Sueci aperte fateantur libertatem catoholicis permissam quietem publicam certo esse turbaturam. Affirmat milites, quorum stipendia per tres menses soluta non essent, pacem desiderare, eo vel magis quod conici possit tributa a comitiis ad alendum militem decernenda non magna fore.

Or. cifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 59r-60v.
Decifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 58r-v, 61r. In f. 61v nota: "dettata la risposta a 13".

Di Staragarda, dall'Arcivescovo di Seleucia Nuntio, li 10 di Settembre 1627
Decifrato a 6 di Novembre

Oltre allo scritto nella lettera devo ancora dire a V.ra Signoria Ill.ma che nell'audienza, ch'hebbi hieri da Sua Maestà nel campo col mezzo della pace che si tratta, presi occasione di rappresentargli com'era questo tempo opportuno di mostrar il suo solito zelo e pietà, procurando nell'accordo d'introdurvi la conditione favorevole alla Religion Cattolica, la quale doveva esser da Sua Maestà aiutata e promossa con ogni spirito nel Regno di Suetia, non solo alla gloria di Dio e per l'utile di tant'anime, ma ancora per ragione dello stato e della grandezza propria, perché dovendosi pure sperare che un giorno la sua Reale Stirpe habbia da tornare al possesso di quel Regno, gli sarà molto più sicura la continuatione in esso, mentre non vi sia affatto spento il lume della Religion Cattolica, e più facile poi gli sarà l'andarvela aumentando che l'introdurvela di bel nuovo. Sua Maestà non mi diede a ciò risposta precisa, ma ben mostrò d'haver sentita volontieri la mia istanza.

Mi rallegrai poi seco delli felici progressi dell'Imperadore[292], come tanto comuni ancora a Sua Maestà nelli [58v] presenti bisogni, animandola perciò a mantenere col solito vigore la propria giusta causa, sperando che Gostavo, costretto alla fine da più necessità, sarebbe venuto ad'ogni honesto accordo; tanto più se dall'armi Imperiali venisse occupato al Re di Danimarca[293] il passo del Zont fra il Mar Baltico e l'Oceano[294]. Al che rispose Sua Maestà, che all'hora Gostavo sarebbe riserrato e privo d'ogni speranza di soccorso. E soggiunse haver inteso da un Mercante venuto all'hora, che il Re di Danimarca et il figliuolo[295] erano stati rotti e fuggiti, non dicendo dove.

---

292 Mensibus Iulio et Augusto a. 1627 copiae imperiales duce Alberto von Wallenstein plura proelia adversus Danos feliciter commiserunt, expugnantes Slesvicum et Holsatiam, autumno autem totam Iutlandiam occupaverunt. Eodem tempore exercitus Societatis Armorum Catholicae duce Ioanne de Tilly Albim fluvium transiit et Saxoniam Inferiorem occupavit, cfr. Czapliński, p. 324-325.

293 Christianus IV (1577-1648), rex Daniae ab a. 1588.

294 Agitur de freto Sundico.

295 Christianus (1603-1647), filius Christiani IV natu maximus.

Ancora il Principe di Pollonia nel suo padiglione mi disse che teneva che si sarebbe preso il Zont quanto prima, ma che gli Elettori Ecclesiastici[296] non sentivano bene che si perseguitasse il Dano.

Parlai poi con il Gran Segretario[297] circa l'aiutare in questa pace la Religion Cattolica, proponendo che si procurasse almeno l'esercitio libero et il traffico de' Cattolici del Regno di Suetia. Et egli mi disse [61r] ch'era impossibile, dicendo li Suecci apertamente che il permetter nel Regno i Cattolici sarebbe un turbar la lor quiete.

Non mancherò tornando al campo di farne nuovi uffici con li Commissarii, e specialmente col Vescovo di Culma[298], il quale si mostra caldo nelle cose della Religione, non havendolo potuto far all'hora, perché se n'entrò da Sua Maestà a dargli conto del negoziato, et io essendo vicino a notte, convenni tornar all'alloggiamento.

Nell esercito si desidera la pace, perché ogni dì va scemando la gente, non essendo pagata da tre trimestri in qua, e si dubbita di qualche sollevatione. E per quello che si vede dalle relationi d'alcune Diete piccole, le contributioni della Dieta generale saranno debboli[299].

N. 82.

Antonius Santa Croce
card. Ludovico Ludovisi,
praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide

Starogardiae, 10 IX 1627.

Nuntiat se obtemperaturum esse eius mandato litteris 16 VII datis sibi perscripto, scilicet exploraturum, num in Russia publicatum sit decretum Concilii Tridentini "de reformatione matrimonii", et ad Congregationem missurum esse decretum synodi episcoporum unitorum de matrimoniis clandestinis.

Or.: APF, SOCG 67 f. 333r. In f. 336v summarium et nota: "Die 23 Novembris 1627. Congregatio 84."
- **Ed.:** Welykyj LNA IV, p. 284-285.

---

296 Georgius Fridericus von Greiffenclau zu Vollrads (1593-1629), aepus elector Mogontiacensis ab a. 1626; Philippus Christophorus von Sötern (1567-1652), aepus elector Trevirensis ab a. 1623; Ferdinandus Wittelsbach (1577-1650), aepus elector Coloniensis ab a. 1612.

297 Nicolaus Szyszkowski.

298 Epus Culmensis Iacobus Zadzik, Iacobus Szczawiński, Nicolaus Mielżyński, Ernestus Magnus Denhoff.

299 Cfr. notam ad N. 31.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Quest'ordinario m'ha portato in Prussia, dove al presente mi trovo appresso Sua Maestà nell'essercito, due lettere di V.ra Signoria Ill.ma delli 16 di Luglio[300], nell'una de' quali si degna ordinarmi ch'io m'informi se in Russia sia stato publicato, e del modo tenuto in publicare, il decreto del Sacro Concilio di Trento De reformatione matrimonii, e di procurar anco copia del decreto, fatto e confermato dal Metropolita e da Vescovi di quella Provincia, sopra i matrimonii clandestini, per mandarlo a cotesta Sacra Congregatione[301]. Nell'altra m'impone di procurar qualche aggiustamento tra li Padri Giesuiti e li Academici di Cracovia[302]. Ubbidirò nell'uno e nell'altro a V.ra Signoria Ill.ma con ogni mio potere e con quella pontualità che devo all'obligo infinito c'ho di servirla; et a suo tempo le ne darò conto, facendole intanto devotissima riverenza e raccomandandomele humilissimamente in gratia. Di Staragarda, 10 Settembre 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-]humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-a)]

[a-a)] *Autographum.*

N. 83.

Iosephus Velaminus Rutski
Antonio Santa Croce

Białopol, 10 IX 1627.

Nomine suo et reliquorum episcoporum Ruthenorum oboedientiam Sedi Apostolicae et summo pontifici debitam praestat. Duos alumnos, Nicephorum Łosowski, Ordinis Basilianorum sodalem, et Iacobum Orański, saecularem, ad Collegium Graecum Romam mittit et "paternam benedictionem" pro eis exposcit.

Or.: L'viv UNML, ms 10759 f. 41 (adiri non potest).
- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 627.

---

[300] Agitur de binis litteris card. Ludovisi 17 VII 1627 datis (N. 47 et N. 48)
[301] Cfr. notam ad N. 47.
[302] Cfr. notam ad N. 2.

Ill.me ac Rev.me Domine, D.ne Col.me.

Postquam intellexi Ill.mam ac Rev.mam Dominationem V.ram venisse in Regnum istud ad obeundum munus apostolicum, delegatam ab eo, qui cathedram tenet apostolicam, mearum esse partium arbitratus sum, ut quamprimum nomine meo et aliorum octo fratrum et coepiscoporum meorum[303], S.R.E. intime unitorum, nominibus tantum hospitem exciperem, eique obedientiam Sanctae Sedi Apostolicae ac in ea sedenti Urbano divina providentia VIII Pontifici Maximo debitam praestarem, quod per hasce litteras in praesentia facio, facturus postmodum personalem vel per me vel per unum ex dictis episcopis Ecclesiae Ruthenae.

Et quia mitto duos in Urbem ad Collegium Graecorum, in quo ex gratia Suae Sanctitatis habemus loca pro nostris Ruthenis, quorum alter est Nicephorus Losovschi, monachus Sancti Basilii et actu presbyter[304], alter saecularis Iacobus Oranschi, iuvenis nobilis[305], hos ad Ill.mam et Rev.mam Dominationem V.ram divertere et ab ea paternam benedictionem pro hac via his temporibus non usque adeo facili petere iussi, quam ut obtineat humillime rogo, et simul mea promptissima officia ad nutum semper parata Ill.mae ac Rev.mae Dominationi V.rae cum humili mea subiectione etiam atque etiam offero. Datae Bilopoli[306], 10 Septembris 1627.

Ill.mae ac Rev.mae Dominationis V.rae
addictissimus servitor

Iosephus Velamin Rutschi
Metropolita Chioviensis totiusque Russiae

N. 84.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

---

[303] A. 1627 episcopatus Ruthenus unitus, praeter metropolitam, constabat ex episcopis: Raphaele Korsak coadiutore nominato metropolitae, Antonio Sielawa aepo Polociensi, Leone Kreuza aepo Smolenscensi, Theodoro Mieleszko epo Chelmensi, Ieremia Poczapowski epo Luceoriensi, Athanasio Krupecki epo Premisliensi, Gregorio Michałowicz epo Pinscensi, Ioachimo Morochowski epo Vladimiriensi.

[304] Nicephorus Łosowski (†1650), iam a. 1626 in Collegio Graecorum in Urbe studiis operam dare coepit, quae ante a. 1633 absolvit, postea archimandrita Zydycinensis, a. 1637 nominatus epus Luceoriensis regimen dioecesis non suscepit, ab a. 1648 coadiutor aepi Polociensis.

[305] Iacobus Wojna-Orański, in Collegio Graecorum studiis incumbere coepit a.1627, quae a. 1632 ad finem adduxit, cfr. Blažejovs'kyj, p. 82. Quid postea fecerit, ignoramus.

[306] Bilopil' (Białopol), oppidum in palatinatu olim Kioviensi, bona Tyszkieviciorum.

Romae, 11 IX 1627.

Admonet nuntium, ut cum rege conficiat negotium, prioribus litteris commendatum. Sperat fore, ut reformatio Ordinis Bernardinorum ad felicem exitum adducatur, et relationem de hac re exspectat. Litteras 25 VII datas ad se pervenisse significat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 108v-109r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 119r.

Trasferita che V.ra Signoria si sia in Turogna per seguitare il Re (il che crediamo a quest'hora sarà seguito), piacerà che [109r] ella tratti con Sua Maestà del negotio accennato, conforme scrive, per potercene poi dire quello ne havrà ritratto[307]. Intanto la breve dimora di V.ra Signoria in Varsovia si giudica profittevole al negotio della riforma de' Padri Bernardini, sopra che s'attende avviso del buon' effetto, mentre intanto s'assegna a lei la comparsa del suo spaccio de 25 di Luglio con tutto l'enunziato in esso[308]. E Dio Nostro Signore la prosperi. Di Roma, 11 Settembre 1627.

N. 85.

Card. Antonius Barberini,
secretarius Congregationis Sancti Officii
Antonio Santa Croce

Romae, 11 IX 1627.

Certiorem eum facit summum pontificem licentiam ipsi concessisse dispensandi cum Ioanne Dyniatyński, ut praeter irregularitatem, ex commisso homicidio non voluntario exortam, ad ordines sacros promoveatur.

Reg.: BV, Brab.Lat. 6335 f. 222v-223r.

Al Mons. Arcivescovo di Seleucia, Nuntio in Polonia

Giovanni Diniatinski, cattolico, seben nato di parenti heretici, ottenne [223r] li mesi passati dalla benignità di N.ro Signore di essere dispensato a

[307] Cfr. N. 53.
[308] Cfr. N. 53.

gli Ordini Sacri[309]. Hora, dubitando egli di essere stato complice in qualche homicidio et perciò irregolare, è ricorso per nuova dispensa. Sua Beatitudine è benignamente condescesa alla gratia, et in vigore di questa concede a V.ra Signoria la facoltà necessaria et opportuna di dispensar con esso lui sopra la detta irregolarità, purché non provenghi da homicidio volontario. Con che ecc.[310] Di Roma, li 11 di Settembre 1627.

N. 86.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 18 IX 1627.

Nuntiat litteras eius 31 VII missas ad se esse allatas. Pro novitatibus perscriptis gratias agit et alias de prosperis regis in bello successibus exspectat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 109r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 119v.

Non ho che replicare alla lettera di V.ra Signoria dell'ultimo di Luglio[311], poiché solamente mi avvisa la comparsa d'alcune mie. Ben si replica a lei il gradimento della sua diligenza per gli avvisi contenuti nel foglio che a detta lettera veniva annesso[312]. S'attendono con pari desiderio prosperi successi dall'andata del Re al Campo. Et io prego a V.ra Signoria prosperità. Roma, 18 Settembre 1627.

N. 87.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae, 18 IX 1627.

Significat per novissimum cursorem nullas eius litteras ad se allatas esse. Nominat causas, ob quas tractatus pacis interrupti sint, et describit condicio-

---

309 Haec dispensatio reperta non est.

310 Sanctum Officium non habuit praefectum. Eius sessionibus praeerat summus pontifex ipse, epistularum autem commercium commissum erat secretario S. Officii, qui semper cardinalis fuit. A. 1626-1632 hoc munere fungebatur Antonius Barberini senior (1569-1646), frater Urbani VIII, sodalis Ordinis Capuccinorum, cardinalis ab a. 1624, a. 1625-1629 epus Senogalliensis.

311 Cfr. N. 56.

312 Non est repertum.

nes ab utraque parte propositas. Scribit copias Polonorum post ruptas pactiones Suecos prope Gedanum omnia vastantes et depopulantes profligasse, sed ultimam pugnam vix committi posse propter aëris intemperiem. Oratores Batavos de pace agere non desinere, sed eorum conatus ab utraque parte vanos et inutiles existimari. Refert de audientia sibi a rege concessa et de colloquio in ea cum rege habito de condicionibus indutiarum a Gustavo Adolfo propositarum, de aegritudine reginulae (Annae Catharinae Constantiae), de aliquot fratribus Capuccinis explorantibus, num in Prussia sedes suas condere possint, et de pastore Lutherano e Brodnica amovendo. Includit condiciones indutiarum a Polonis propositas et litteras notulis arcanis exaratas.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 138r-v, 141r-v. In f. 143v summarium; alia manu nota: "Risposto 6 Novembre" et summarium responsi (v. N. 124).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Quest' ordinario non ha ricevuto lettere di V.ra Signoria Ill.ma. Il trattato della pace s'è dissoluto, perché essendo più oltre convenuti li Comissarii nel luogo e nel modo altra volta accennato[313], dopo varie consultationi e controversie, finalmente lunedì[314] per la parte di Gostavo furono proposte le conditioni, le quali in sostanza sono queste: che si facesse tregua per trenta anni, per il qual tempo Sua Maestà promettesse che né da se, né da suoi figlioli, né da suoi adherenti o confederati Gostavo fosse molestato nella possessione del Regno di Suecia; che della parte di Sua Maestà e de' Polacchi se gli rifacessero le spese fatte nella presente guerra; che egli havrebbe restituito tutto quello c'haveva occupato in Prussia et in Livonia, con questo però che la Republica di Polonia cedesse alle raggioni che pretende in quella parte di Livonia, la quale posseduta prima da Sua Maestà come Re di Suecia, quando ella fu coronata Re di Polonia promise di unirla al Regno di Polonia, il che non fu poi adempito, per l'occupatione fatta del Regno di Suecia et della detta parte dal Padre di Gostavo[315], et per renitenza delli medesimi Suecesi[316]; che Sua Maestà perdonasse a tutti li ribelli, et che essi potessero vivere nell'avvenire, conforme che al presente vivono sotto di lui.

---

313 Cfr. N. 80.

314 6 IX 1627.

315 Carolus dux Sudermaniae (1550-1611), patruus et aemulus Sigismundi III Regnum Suetiae ambientis, "regens" Suetiae a. 1594, rex (Carolus IX) ab a. 1604.

316 Sigismundus III Vasa "pactis conventis" obligabatur ad Esthoniam Reipublicae Polono-Lithuanae incorporandam. Itaque, quod ad formam pertinet, rex actum incorporationis a. 1600 promulgavit. Haec causa fuit belli inter Suetiam et Poloniam eodem anno exorti, quod brevibus tantum intervallis usque ad indutias a. 1629 initas gerebatur. Revera tamen Esthonia nunquam a Polonis et Lithuanis occupata erat.

Le quali dimande come immoderate e troppo ingiuste, essendo state reiette, fu incontinente mandato a levare i padiglioni e dismessa ogni prattica di pace, si ritornò alle solite [138v] guardie. E da quella notte in qua s'è sempre stato in ordine per combattere ad ogni bisogno. Dalla parte de' nostri si sono fatte alcune [...][-a)], ma senza alcuno effetto importante, non essendo mai li Suecesi usciti dalle trinciere. Havendo però martedì prossimo[317] risaputo li Polacchi che verso Danzica una banda de' cavalli di Gostavo andavano al saccomanno, usciti con tre cornette arrivarono a tempo d'assaltargli, et ammazzatine intorno a sessanta, ne condussero da venti priggioni nel campo, e tra questi un giovine predicante. Però anco che ritenga li Polacchi da qualche fattione, la quale ardentemente desiderano, il vento che regna molti giorni sono, spirando da tramontana e dal campo Sueco direttamente contro quel de' nostri, portando loro in faccia la polvere et il fumo mentre sparano. Ma benché le cose si stappano apertamente inclinate alla guerra, non lasciano gli Oratori Olandesi[318] d'affaticarsi tuttavia per la pace, caminando accanto e indietro dall'un campo e l'altro. Ma tutto ciò è riputato da chiascheduna parte vano e superfluo.

Giovedì tornai nel campo e fui all'audienza di Sua Maestà, la quale trovai con la solita salute[319]. Mi participò ella stessa le conditioni sopraccennate di Gostavo e mi significò come la Ser.ma Infanta, sua figlia, era stata in questi giorni ammalata di febre con catarro, ma essere [141r] di già risanata[320]. Si compiacque essortarmi d'andare a veder Danzica, dove perciò ho proposto d'andar domani per ritornare subito. Mi disse di più, che erano stati a trovare Sua Maestà li Padri Capuccini, li quali, venuti l'anno passato per provare la stanza di questi Paesi, se ne ritornano hora in Italia[321]. E soggiungendole io che li medesimi erano poi stati da me, e dicendole della singolar buontà e essemplare vita loro e della stima che se ne fa per tutto, Sua Maestà mi replicò rincrescerle assai che partissero, tanto più che essendo eglino stati fin'hora in un luogo della Ser.ma Regina, dal quale, per essere stato pur' hora cacciato il Predicante Eretico, et perché il popolo era affettionato e devoto a detti Padri, havrebbono essi potuto operarvi gran bene. Quest'espulsione del Predicante seguì due settimane sono nella Città di Brodgniza, detta da Tedeschi Strasburg, della Provincia di Prussia[322], la quale posseduta già dalla Prencipessa sorella del Re, la qual' era eretica[323], dopo la sua morte venuta in potere della Ser.ma Regina regnante, la quale

---

317 Die 13 Septembris.

318 Rochus van den Honert, Andreas Bicker, Simon van Beaumont, Gisbertus van Boetzler.

319 Audientia nuntio concessa est die 16 IX 1627.

320 Anna Catharina Constantia (1618-1651), ab a. 1642 uxor Philippi Gulielmi electoris Palatinatus Rheni.

321 Cfr. notam ad N. 2.

322 Brodnica (Strasburgum in tractu Culmensi), oppidum in Prussia Regali.

323 Anna Vasa (1568-1625), filia Ioannis III Vasa et Catharinae Jagellonicae, ab a. 1598 semper in Polonia commorata est. Religionem reformatam profitebatur. Obiit innupta in Brodnica 6 II 1625.

con la sua christiana pietà vi mandò finalmente Commissarii a posta, i quali ne cacciarono il detto Predicante. Ringratiai anco di questo fatto vivamente Sua Maestà, la quale sorridendo mi rispose che vi saranno rumori di ciò nella prossima Dieta.

[142v] Invio riverentemente a V.ra Signoria Ill.ma le conditioni della pace proposte da Sua Maestà, le quali dovuto mandare con le lettere dell'ordinario passato[324], et oltre a queste una cifera[325]. E le fo per fine humilissima riverenza. Di Staragarda, 18 Settembre 1627.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Revma

[b-]humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-b]

a) *Charta satis deleta.*
b-b) *Autographum.*

N. 88.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae 18 IX 1627.

Notum facit se cum commissariis Polonis de pace cum Suecis agentibus: epo Culmensi (Iacobo Zadzik) et palatino Brestensi (Iacobo Szczawiński) collocutum esse eisque suasisse, ut pactionibus pacis insererent condiciones libertatem catholicorum in Suetia tutantes. Subiungit ambos collocutores suos, quamvis eiusmodi consiliis faveant, sibi dixisse id vix fieri posse, cum ipsi desperent tractationes pacis ad felicem aliquem exitum posse adducere. Scribit se regi persuadere temptasse colloquiorum de pace interruptionem Poloniae potius esse profuturam quam nocituram. Polonos existimare bellum cum Suecis imprimis ad regem pertinere, qui propterea id proprio sumptu gerere debeat. Addit principem Vladislaum sibi confidenter dixisse eiusmodi opinionem ex eo esse ortam, quod Poloni in pactionibus pacis quaestionem successionis Gustavi Adolfi in medium proferrent.

Or. cifra: AV, Nunz.Pol. 40 f. 63r-v.
Decifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 62r-v. In f. 72 nota: "dettata la risposta a 6 Novembre".

---

[324] ASV, Nunz.Pol. 41, f. 139r-v, cfr. N. 80.
[325] Cfr. N. 88.

Di Staragarda, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, li 18 di Settembre 1627
Decifrata a 3 di Novembre

Fui ancora domenica nel campo, dove non parlai a Sua Maestà, ma con il Vescovo di Culma[326] e con il Palatino di Brescia[a)327], essendo gli altri due Commissarii l'uno absente[328], l'altro - cioè il Denoffi - heretico[329]. Rinovai con li sudetti l'istanza fatta prima con il Gran Segretario[330] a favore della Religion Cattolica nel Regno di Suetia, in caso che seguisse la pace, cioè di procurar almeno d'introdurvi l'esercitio libero et il trafico de' Cattolici. Ma benché mi si mostrassero in ciò volonterosi et ardenti, dissero ben di non sperare di potervisi adoprare per la poca speranza che havevano della pace.

Il giovedì[331], poiché tornai nell'esercito, dissi a Sua Maestà non doverle spiacere che si fusse disciolto il trattato della pace, attese le conditioni tanto inique di Gostavo. E perché difendendo Sua Maestà una causa tanto giusta, poteva sperar da Dio, giusto Giudice e Signore de gli Eserciti, col mezzo dell'armi quello che si vedeva non poter haver col mezo dell'accordo, tanto più ritrovandosi Sua Maestà superiore [62v] di forze. Il che mostrò ella con bocca ridente d'aggradire. Soggiunsi poi haver in ogni modo con questo trattato, benché senza effetto, manifestato la pace ancora con pregiuditio proprio.

Li Polacchi si lamentano di penuria di danari. E dicono che se non fusse il rispetto del Regno di Suetia, sarebbe già finita la guerra, la quale perciò si dovrebbe far a spese proprie di Sua Maestà e non della Republica. Non ho lasciato, ove l'occasione me l'ha ammesso, d'inanimire [sic] li Signori Polacchi e di rappresentar loro trattarsi in ciò principalmente della riputatione e gloria della loro natione, et esser così causa propria della Republica come di Sua Maestà, la quale con tutto ciò non perdona a spese proprie, né a pericoli della sua real persona.

Il Principe di Polonia confidentemente mi disse che ad effetto che li Polacchi non si lamentassero, era meglio che li Commissarii havessero proposti prima gli altri punti che quelli appartenenti al Reame di Suetia, perché in ogni modo per l'esorbitanze del Gostavo, e molto più per la pretensione della [72r] refettione delle spese, non venendosi a conclusione, si sarebbe sopita la querela di Polacchi che la guerra si faccia per il Regno di Suetia. Sua Altezza non si trova con molta salute e dice di voler partire quattro giorni

---

326 Iacobus Zadzik.
327 Iacobus Szczawiński.
328 Nicolaus Mielżyński.
329 Ernestus Magnus Denhoff.
330 Nicolaus Szyszkowski.
331 16 IX 1627.

prima di Sua Maestà, né volersi ritrovar alla Dieta[332] per suoi interessi particolari.

a) *In litteris "decifratis" recte scriptum erat:* Brescia, *deinde perperam correctum est:* Prussia

N. 89.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Starogardiae, 24 IX 1627.

Refert colloquium suum cum principe Vladislao habitum de habitatione sua in monasterio Bernardinorum Varsaviensi instituenda; principem dixisse se aequo animo et indifferenter esse laturum, ubi nuntius domicilium suum statuere velit. Significat se, si ad aliquam discrepantiam cum monachis praedictis deveniatur, domicilium libenter mutaturum esse.

Or.: AV, Nunz.Pol. 41 f. 83r-84r. In f. 152v summarium; alia manu nota: "dettata la risposta a 20 Novembre".

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Presentai al Ser.mo Prencipe Vladislao la lettera credentiale di V.ra Signoria Ill.ma, inviatami per il particolare dell'habitatione mia nel Convento de Padri Bernardini[333]. Sua Altezza mostrò meco non haver per se stessa senso alieno ch'io habitassi più là che altrove, e si compiacque anco di dirmi liberamente che la lettera che Sua Altezza scrisse a V.ra Signoria Ill.ma in tal negotio[334] fu ad instanza de' detti Padri, i quali si tenevano mal sodisfatti della famiglia di Mons. mio Antecessore[335]. Io, oltre a quello che riverentemente significai a V.ra Signoria Ill.ma con un'altra mia in questo proposito[336], non ostante che i Padri mostrino haver caro ch' io vi stia, ad ogni minimo segno che conosca in contrario piglierò subito habitatione altrove. Con

---

332 Cfr. notam ad N. 31.

Di Varsovia, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, il primo Gennaro 1628
Decifrato a 10 di Febbraro

Essendo venuta qua nuova che circa ventimila soldati Imperiali sono venuti a pigliar quartiero in Pomerania, nelli confini di questo Regno[552], s'è vista in questi Pollacchi una gran sollevatione d'animi, altri dicendo a qual fine tenderà questo motivo, altri che Sua Maestà con l'aiuto dell'Imperadore[553] insidierà alla libertà Pollacca. Tutti in somma sparlano di questo fatto.

N. 169.

Antonius Santa Croce
card. Ludovico Ludovisi,
praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide

---

[552] Albertus a Wallenstein copias a Ioanne Georgio Arnim ductas in Ducatum Pomeraniae in hiberna misit, quod revera illius regionis occupationem significabat, cfr. Szelągowski, p. 206.

[553] Ferdinandus II de Habsburg.

Varsaviae, 1 I 1628.

Certiorem eum facit se iuxta datum sibi mandatum epistulam praepositi generalis Ordinis Praedicatorum (Seraphini Secchi) superiori provinciali eiusdem Ordinis (Ioanni Damasceno Sokołowski) traditurum esse ac vigilaturum, ut decretum Congregationis in ea contentum exsecutioni mandetur.

Or.: APF, SOCG 67 f. 388r. In f. 391v summarium et nota: "Die 22 Februarii 1628. Congregatio 88."

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Farò capitare al Provintiale di Russia[554] la lettera del Padre Generale di S. Domenico[555], inviatami da V.ra Signoria Ill.ma con la sua de 18 di Novembre, e conforme all'ordine che s'è degnata aggiungermi, procurerò che sia esseguito anco il decreto di cotesta Sacra Congregatione contenuto in detta lettera[556], et a suo tempo darò del tutto la debita parte a V.ra Signoria Ill.ma. Alla quale resto facendo humilissima riverenza. Di Varsovia, il primo del 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)]

a-a) *Autographum.*

N. 170.

Antonius Santa Croce
card. Ludovico Ludovisi,
praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide

Varsaviae, 1 I 1628.

Iuxta datum sibi mandatum mittit notitiam de Meletio Smotrycki et duce Alexandro Zasławski. De Smotrycki scribit eum in Academia Vilnensi studiis operam dedisse, deinde in Germaniam demigrasse, post reditum vero in patriam de conversione ad religionem catholicam cogitasse; postquam tamen a patriarcha Hierosolymitano aepus Polociensis consecratus esset, cogitationem

554 Ioannes Damascenus Sokołowski.
555 Epistula praepositi generalis Ordinis Praedicatorum non reperitur.
556 Cfr. N. 134. In libro registrorum decretum hic memoratum occurrit sub dato 19 XI 1627.

de conversione reiecisse; denique coram metropolita Kioviensi unito (Iosepho Velamino Rutski) unionem cum Ecclesia Romana esse amplexatum. De Alexandro Zasławski cum scribit, memorat eius patrem Ianussium, palatinum Voliniae, et fratrem Georgium, laudat huius familiae momentum et auctoritatem in re publica ac devotionem erga fidem catholicam. Indicat titulos, qui in litteris ad duces Zasławski scribendis usurpari debent.

Or.: APF, SOCG 67 f. 388r. In f. 391v summarium et nota: "Die 25 Septembris 1628. Congregatio 98."
- **Ed.:** Welykyj LNA IV, p. 297-299.
- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 641-642.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Per esseguir l'ordine datomi da V.ra Signoria Ill.ma con la sua lettera de 15 d'Ottobre[557], havendo io procurato d'havere informatione della persona e qualità di Meletio Smotricio, scismatico, convertito dal Metropolita di Russia[558], e similmente della persona e conditione del Duca d'Ostrog, il quale ha cooperato a questa conversione, ho trovato che detto Meletio, chiamato prima Massimo, havendo studiato nell'Academia di Vilna in Lithuania, fu poi per causa dello scisma escluso da quella. Onde andatosene in Germania e pratticando fra Eretici compose un libro pieno d'heresie, col quale ha sedotto moltissime persone[559]. Tornato poi in Lithuania e trattando segretamente con Cattolici, diede speranza di voler all'hora lasciar lo scisma, ma saputasi da Scismatici la sua prattica se ne ritenne al quanto. Et andatosene in Chiovia, fu da Theofane Patriarcha Hierosolimitano l'anno 1621 creato Arcivescovo Polocense, per la qual causa citato dal Metropolita di Russia, e non comparendo, fu dal [389v] medesimo deposto e scomunicato, ond'egli sdegnatosi ritornò a favorire e promovere con maggior forza lo scisma[560]. Ultimamente poi è ritornato alla fede Cattolica et ha fatto la professione, non senza lagrime, avanti il medesimo Metropolita et in presenza di due testimonii. Intendo che per esser huomo di molto spirito, haveva gran seguito e favore di quei Scismatici Rutheni. Né altro ho potuto penetrare per dar occasione che si palesi la sua conversione, conforme V.ra Signoria Ill.ma mi commanda.

---

[557] Cfr. N. 104.

[558] Iosephus Velaminus Rutski.

[559] Primum notum opus Meletii Smotrycki fuit "Threnos...", iam post reditum auctoris ex Germania editum (1610). De quali libro hic scribat nuntius, nescitur, cfr. Nowy Korbut III, p. 256.

[560] Theophanes III (†1644), patriarcha Hierosolymitanus ab a. 1606, mense Decembri a. 1620 et Ianuario a. 1621 restituit hierarchiam Ecclesiae Orthodoxae in Russia, per Unionem Brestensem abrogatam, consecrando metropolitam et septem episcopos, qui tamen pro illegitimis habebantur, cum inscio rege creati essent.

Quanto al Duca d'Ostrog si trovano al presente in Lithuania tre: l'uno Giovanni Palatino di Volinia[561], il secondo Alessandro Palatino Braclaviense[562], il terzo Giorgio[563]. E questi due sono figlioli del primo e si chiamano tutti Duchi Zaslaviensi de Ostrog. E quello che cooperò alla conversione di Meletio raccolgo che sia Alessandro, Palatino Braclaviense. Delle persone loro io non havevo cognitione alcuna, non essendo essi soliti di venire alla Corte. Tuttavia [390r] intendo che è Casa molto qualificata per se, oltre ai Palatinati che possiede, che tutti sono buoni Cattolici e pii, et hanno fondato in Lithuania un Convento di Padri Bernardini[564]. Al detto Alessandro, per esser' egli Palatino et in conseguenza Senatore, si dà il titolo d'Illustrissimo, tralasciando quello che gli puotrebbe venire come a Duca, non usandosi in questo Regno il titolo d'Eccellenza fuori che con due o tre[565]. L'Ill.mo Sig. Card. Barberino a qualsivoglia Senatore dà il titolo d'Illustrissimo in cima al foglio, la cortesia di servitore e la coperta alla lettera. Che è quanto devo dire a V.ra Signoria Ill.ma in risposta della detta sua. E le fo per fine humilissima riverenza. Di Varsovia, il primo del 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)]

a-a) *Autographum.*

N. 171.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 7 I 1628.

Mittit novitates ("avvisi") et litteras notis arcanis scriptas. Litteras eius 27 XI datas ad se pervenisse testatur.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 21r. In f. 32v summarium.

---

561 Ianussius Zasławski (†1629), palatinus Podlachiae ab a.1591, Voliniae ab a. 1604.

562 Cfr. notam ad N. 104.

563 Georgius Zasławski (1592-1636), capitaneus Vladimiriensis.

564 Ianussius Zasławski fundavit monasterium Zaslaviae a.1603.

565 Iura Reipublicae Polono-Lithuanae, obsequendo principiis aequalitatis inter nobiles non agnoscebant titulos gentilicios exteros. Admittebant tamen usum tituli ducis ("kniaź"), cum de familiis Lithuanis et Ruthenis ageretur, quae a fabulosis Gedimino et Rurico originem duxerant.

N. 172.

"Avviso"
ab Antonio Santa Croce
ad Secretariatum Status transmissum

Varsaviae, 7 I 1628.

Nuntiat de morte palatini Lanciciensis (Adami Sandivogii Czarnkowski). Significat 400 milites Sueticos castra deseruisse et ad regem Poloniae defecisse. Oratores Batavos regem esse hortatos, ut sex mensium indutias cum Suecis iniret.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 22r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6158 f. 4r.

Di Varsovia, 7 Genaro 1628

È morto in questi ultimi giorni di non lunga indispositione il Palatino Lansiciense, ch'era Generale della Polonia maggiore, la cui morte è spiacciuta generalmente a tutti, per esser' egli stato persona di grandissimo valore, onde ne veniva anco sommamente stimato da tutto il Regno[566].

È giunto qua l'avviso, che quattrocento soldati di Gostavo, essendosi ammutinati (non si dice la causa)[a)], abbandonato il suo quartiero, sono venuti a trovare le genti dell'essercito Polacco ne' loro alloggiamenti e congiuntisi con loro al servitio di Sua Maestà[567].

Gli Ambasciatori Olandesi[568], che sono in Danzica, fanno instanza a Sua Maestà, che mentre si tratterà il negotio della pace fra essa e Gostavo, voglia fare con esso lui una tregua di sei mesi. Ma si crede che non saranno compiacciuti.

a) *Supra lineam adscriptum.*

N. 173.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

---

566 Adamus Sandivogius Czarnkowski (natus circa 1565), eques Melitensis, capitaneus generalis Maioris Poloniae ab a. 1593, palatinus Lanciciensis ab a. 1605, dies mortis eius varii adducuntur: 18 IX 1627 (Urzędnicy wielkopolscy, p. 165) et "a. 1627 exeunte" (PSB IV, p. 215), quod his litteris nuntii confirmatum esse videtur.

567 De hoc casu Adamo Szelągowski nihil constat.

568 Rochus van den Honert, Andreas Bicker, Simon van Beaumont, Gisbertus van Boetzler.

Varsaviae, 7 I 1628.

Scribit de barone d'Auchy (Carolo de Bonnières), aulico principis (Vladislai), sed revera a rege Hispaniae (Philippo IV) misso, ut regem Poloniae ad bellum cum Suecis continuandum adhortaretur. Albertum a Wallenstein regi promisisse auxilium, quamquam satis ambiguum, ad bellum cum Suecis gerendum, a rege tamen postulasse, ut sibi daret decem naves in portu Gedanensi stationem habentes. Regem petitioni eius quidem annuisse, sed rem in longum differre. Eundem baronem d'Auchy regem hortari, ut cum Domo Austriaca societatem faciat, eique spem facere auxilio copiarum imperialium et classis Hispanicae, quae est Dunquaercis, Regnum Suetiae recuperandi. Sed Sigismundum III sese huic rei potius incredulum exhibuisse. Refert se ipsum in novissima audientia protulisse opinionem condiciones favorabiles adesse, praesertim post recentes successus classis regiae, ut Regnum Suetiae recuperetur. Regem tamen respondisse se, tamquam regem electivum, opinionem nobilium considerare debere. Confessarium reginae, Valentinum Seidel, sibi pollicitum esse regi ostendere post eius mortem Gustavum Adolfum, exercitu suo in Polonia praesenti et non paucis ibi fautoribus (ex.gr. duce Christophoro Radziwiłł) nixum, Regno Poloniae potiri temptare posse.

Or. cifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 105r-106v.
Decifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 102r-104r.

Di Varsovia, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, li 7 di Gennaro 1628
Decifrato a 24 di Febbraro

Dopo ch'io venni a questa Corte, arrivò ancora il Sig. Barone d'Auchi, Fiammingo[569], del Consiglio di Guerra di Sua Maestà Cattolica[570], huomo accorto et esperimentato in gravi negotii di stato, il quale essendo prima stato alcuni mesi in Madrid, venne qua con titolo di Cameriero del Ser.mo Principe di Pollonia e sotto pretesto di veder le presenti guerre di Prussia, ma in effetto è mandato dalla Maestà Cattolica con secrete commissioni di persuadere a questo Re la continuatione della guerra contro Gostavo e prometter aiuti ad ogni occorrenza. Ciò m'ha detto in confidenza il Barone, il quale è fatto mio amicissimo.

Andò al campo in Prussia qualche giorno dopo del Re e trattò secretamente con Sua Maestà, animandola da parte del Re Cattolico a proseguir la guerra, né adherire alla pace, promettendo gli aiuti di Sua Maestà Cattolica

---

[569] Carolus de Bonnières, baro d'Auchy (†1664), Flandrensis, legatus infantis Isabellae Matriti a. 1623-1625, a.1626 et 1628-1630 orator Philippi IV in Polonia, ab a. 1630 sodalis Supremi Consilii Flandriae, a. 1646 rursus orator in Polonia, cfr. BNB XXIX, p. 317-319.

[570] Philippus IV, rex Hispaniae.

et assicurandola ancora di quelli dell'Imperadore[571], e che il Vallestain, Generale dell'Imperadore, harebbe messo in Suetia dieci o dodici mila [102v] soldati Imperiali ad ogni richiesta di Sua Maestà. Finalmente col mezo del Principe, il quale ama e stima molto esso Barone, indusse Sua Maestà a scrivere una lettera al Vallestain, non restringendosi a cosa particolare, ma in genere richiedendolo d'assistenza ne' suoi bisogni. Il Duca rispose amorevolmente, senza però impegnarsi in cosa alcuna, ma scrivendo più distesamente al Barone, il quale però in nome d'esso Generale chiese a Sua Maestà che volesse mandargli dieci navi, le quali all'hora faceva metter in ordine in Danzica. Sua Maestà gliene diede buona intenzione, ma havendone il Barone fatto più volte instanza, Sua Maestà prima si scusò che non erano in ordine, et ultimamente che erano sbattute dalle burasche, principalmente le quattro che uscirono li giorni adietro a corseggiare, dando però intenzione di mandarle a primavera.

Il Barone seguita ad instare a Sua Maestà che non condescenda alla pace, e consigliando a metter parte delle sue forze in mare, armando [103r] venticinque o trenta navi, promette che Sua Maestà Cattolica mandarà l'armata di Doncherchen a prender il Zont, il che sarà facile, essendovi ancora l'armi Imperiali già così vicine[572], con le quali commodità promette d'aiutar Sua Maestà a ricuperar il Regno di Suetia. Ella sta sempre su' l generale e non si determina in cosa alcuna, di che si lamenta un poco il Barone e mi soggiunse havergli Sua Maestà detto che non conferisca questo negotio ad alcuno Ministro. Dice, che il Principe è molto animato a ciò, ma che non può promuovervi il Re suo padre.

Il Barone m'ha promesso d'avvisarmi tutto quello che seguirà, del che io darò conto a V.ra Signoria Ill.ma. Onde considerando io l'utile che ne risulterebbe alla Religion Cattolica, nell'ultima audienza, mentre raccomandavo a Sua Maestà l'interessi della Religion Cattolica in occasione che faccia la pace e nelli trattati di essa, gli dissi per modo di discorso che Sua Maestà haveva bell'occasione di ricuperar il Regno di Suetia [103v] con la spalla dell'Imperadore, da cui si poteva promettere ogni aiuto. E gli dissi che per cacciar l'inimico di casa propria, era spediente introdurre la guerra in casa di lui, et esser necessarie buone forze in mare, ma dover Sua Maestà sperarne buon'esito, poiché Iddio ha mostrato di favorire nella prima uscita delle sue navi di Danzica, havendo ella con sì poco numero cacciato felicemente l'inimico e presene le due principali[573].

Mi rispose veramente: tutto ciò è vero, ma ch'ella condescenderà alla pace per essere Re elettivo, non assoluto padrone, e che ne la istaranno grande-

---

[571] Ferdinandus II.

[572] A. 1627 captum est consilium classem Hispanicam ex portu Dunquaercensi in freta Danica inducendi, ut in societate cum copiis Imperii, quae autumno a. 1627 Iutlandiam occuparunt, freto Sundico potiretur, cfr. Czapliński, p. 325, Szelągowski, p. 314.

[573] Agitur de pugna Olivensi 28 XI 1627 commissa, in qua classis regia unam navem Sueticam cepit, alteram vero delevit, cfr. Koczorowski, p. 291-303.

mente i Pollacchi; oltre che teneva di certo che si sarebbe fatta la pace con Danimarca. Veramente le navi stanno mal'in ordine, perché il Regno non vi contribuisce nulla, né vi è preparamento ad accrescerle, essendosene trattato in Dieta.

Io replicai in animare Sua Maestà a non perder sì rara occasione di rihavere il suo Regno, essendo hoggi tutto il paese circondato [104r] di militie Imperiali, e gli fautori di Gostavo in molte angustie et implicati in altre guerre. Sua Maestà non rispose altro e fece fine sorridendo.

Ne parlai dopo al Padre Valentino, confessore della Regina[574], acciò mettesse in consideratione a Sua Maestà, oltre le cose da me accennate, il pericolo che dopo la morte sua non sia incoronato Re di Pollonia Gostavo, havendo già i piedi nel Regno et essendo egli buon soldato et havendovi esercito non disprezzabile, et con adherenze fuori e dentro al Regno, nel quale sono molti che ve lo desiderano, come gli Heretici, et in specie il Duca Alberto Razivil heretico, come si sa che tiene stretta intelligenza con Gostavo, e ne furono l'anno passato intercette lettere che la manifestano evidentissimamente[575]. Il qual Razivil si sa che è potente et il seguito e l'adherenza che ha nel Regno. Il Padre mi promisse di far caldi uffici in conformità di ciò.

N. 174.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 8 I 1628.

Se nullas litteras eius accepisse nuntiat.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 117v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 129v.

---

574 Valentinus Seidel SJ (1572-1632), in Societate Iesu ab a. 1593, confessarius reginae Constantiae ab a. 1613, intimus consiliarius regis, cfr. Grzebień X, p. 64.

575 Haud dubie hic agitur de Christophoro Radziwiłł (1585-1640), capitaneo campestri Lithuaniae ab a. 1615, postea palatino Vilnensi ab a. 1633 et ab a. 1635 exercituum Lithuaniae supremo capitaneo, unico tunc temporis adulto membro rami Calviniani gentis Radivillorum. A. 1626 ab Hispanis interceptae erant Dunquaercis aliquae epistulae ex Gallia ad exercituum Lithuaniae supremum capitaneum datae, quae causa fuerunt accusationis, quasi idem capitaneus interesset coniurationi, quae sibi proponebat Gastonem Aurelianensem in solio Regni Poloniae collocare. Formalis tamen actio perduellionis non est intenta. In libris vero de hac materia scriptis nulla mentio habetur de epistulis Radivillii, ad Gustavum Adolfum vel ab illo, interceptis. Nuntius hic confusionem fecisse videtur inter Gustavum et Gastonem. Radziwiłł tamen falso accusabatur, quasi expugnationem arcis Birże a.1625 Suecis faciliorem reddidisset, cfr. Augustyniak, Introductio passim.

N. 175.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 8 I 1628.

Significat summum pontificem resciscere voluisse S. Congregationis opinionem de postulatis conventuum terrestrium in Polonia ante comitia Regni congregatorum, quae ad iurisdictionem ecclesiasticam spectarent.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 117v-118r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 130r-v.

N.ro Signore, col quale ho comunicato la lettera di V.ra Signoria con le pretensioni date da' Palatini di cotesto Regno per la Dieta generale di Varsovia[576], ha voluto sentire il parere della Sacra Congregatione sopra le controversie giurisdittionali[577], quale ha giudicato che'l primo capo non si possa ammettere, e che nel secondo si debba ne' casi particolari ricorrere alla gratia di N.ro Signore, che con la solita sua pietà non lascerà haver quel riguardo che richiederanno le circonstanze de' casi. Il terzo non esser permesso, se non concorrendo li requisiti del cap. *non minus* e cap. *adversus* de immunitate ecclesiastica[578]. Nel quarto esser luogo alla preventione [118r] e nel quinto non poter esser astretti gli Ecclesiastici nisi iure feudi e rispetto a pesi che sono reali, certi et invariabili.

Il tutto avviso a V.ra Signoria, acciò non lasci, come credo havrà fatto sin hora, d'operare che non ne segua risolutione pregiuditiale alla esenzione e giurisdizione ecclesiastica. Et a V.ra Signoria mi offero. Roma, 8 Gennaro 1628.

N. 176.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 11 I 1628.

Litteras eius 4 XII datas se accepisse testatur.

---

576 Hic agitur de summariis instructionum ad usum nuntiorum terrestrium ad comitia a. 1627 apparatarum, a nuntio confectis et una cum litteris N. 112 Romam missis; infeliciter tamen scripta haec a me reperiri non potuerunt.

577 Hic procul dubio agitur de Congregatione pro Immunitate Ecclesiastica ab Urbano VIII a. 1626 condita, cuius erat tractare causas cum violatione iurisdictionis ecclesiasticae et privilegiorum cleri coniunctas.

578 Cfr. Decretales Gregorii XI, Lib III, Tit. XLIX, cap. 4 et 7, CIC, p. 654, 655.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 23r. In f. 30v summarium. Alia manu nota: "Risposto 26 Febbraro" et summarium responsi (vide N. 211).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

L'esser questi due ultimi ordinarii giunti qua con maggior diligenza del solito, fa che di qua si spedisca ancora qualche giorno avanti al consueto. Sebene al presente non m'occorre se non di dire a V.ra Signoria Ill.ma la ricevuta dell'humanissima sua de 4 del passato[579], non dandomi ella occasione di replica, né havendo io altra materia di scrivere. Onde resto facendo a V.ra Signoria Ill.ma humilissima riverenza. Di Varsovia, li 11 di Genaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)]

a-a) *Autographum.*

N. 177.

"Avviso"
ab Antonio Santa Croce
ad Secretariatum Status transmissum

Varsaviae, 11 I 1628.

Nuntiatur capitaneatum generalem vacantem Maioris Poloniae in cancellarium Regni (Venceslaum Leszczyński) collatum esse. Statuta sunt tempus et locus conventus commissariorum, qui de pace acturi sunt, ubi praeter commissarios Polonos et Suecos interfuturi sunt oratores Batavi et electoris Brandenburgensis (Georgii Gulielmi) ablegati. In aulam regiam venit quidam comes Marini, Genuensis, cui rex audientiam concedere statuit.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 24r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6158 f. 4r-v.

Di Varsovia, 11 Genaro 1628

Il Generalato della Polonia Maggiore, vacato per la scritta morte del Palatino Lansiciense[580], è stato da Sua Maestà conferito al Gran Cancelliero

---

[579] Cfr. N. 144, 145.
[580] Adamus Sandivogius Czarnkowski.

del Regno[581], insieme con due Starostati, cioè Capitanati, pure posseduti già dal defunto Palatino[582].

Alla trattatione della pace fra Sua Maestà e Gostavo s'è stabilito che li Deputati converranno insieme alli 30 del corrente in una villa che sarà giudicata più commoda di quelle che sono in contorno di Danzica, dove oltre alli Commissarii Polacchi e Suecesi, interverranno ancora li Ambasciatori Olandesi et li Agenti dell'Elettore Duca di Prussia[583].

È venuto a questa Corte un Signore, Conte Marini, Genovese, giovane di molto garbo, quale va vedendo il mondo e le corti de' Prencipi oltramontani[584]. Ha fatto instanza di poter far riverenza a Sua Maestà e n'è stato cortesemente compiacciuto.

N. 178.

Antonius Santa Croce
card. Ioanni Deti,
praefecto S. Congregationis Rituum

Varsaviae, 11 I 1628.

Nuntiat se regem certiorem fecisse de die 7 Octobris festo S. Marci restituto. Regem ea re deceptum esse scribit, nam hoc modo prior decisio de eodem die S. Birgittae dedicando irrita facta sit. Subiungit tamen regem fuisse contentum, quod papa assensus sit, ut festum S. Birgittae in Regnis Poloniae et Suetiae die 7 X, in Ecclesia autem Universali die 8 X celebraretur.

Or.: Roma ACCS, ASCR, Positiones, ms. 7390 f. 1r-v. In f. 2v summarium.
- **Ed.:** Gramatowski, p. 228 (summarium).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo[585].

Nell'audienza ch'ebbi l'altr'hieri dalla Maestà del Re gli diedi parte della rissolutione fatta da cotesta Sacra Congregatione de' Riti intorno alla restitutione della festa di San Marco, conforme V.ra Signoria Ill.ma s'è degna-

---

581 Venceslaus Leszczyński.

582 Exactus dies nominationis Venceslai Leszczyński ad capitaneatum generalem Maioris Poloniae ignoratur. Mentio a nuntio hic facta confutare videtur datam hactenus receptam: 8 V 1628, cfr. Urzędnicy wielkopolscy, p. 165.

583 Pactiones incohatae sunt tandem 14 II 1628 et perficiebantur in Prabuty (Germanice: Riesenburg) in Prussia Regali, cfr. Szelągowski p. 227-228.

584 Persona alias ignota.

585 Ioannes Deti (1577-1630), cardinalis ab a. 1599, praefectus Congregationis Rituum a. 1626-1630.

ta ordinarmi con la sua de 27 di Novembre[586]. Sua Maestà mostrò dispiacergli che si revocasse in così breve tempo quello che fu già stabilito in honore di Santa Brigitta, ad instanza sua et per sua particolar divotione[587]. Ma havendogli io poi soggiunto che, acciò il desiderio di Sua Maestà non fosse in tutto voto d'effetto, N.ro Signore si contentarà che nei Regni di Polonia e di Suecia si continui a celebrare la festa di detta Santa alli 7 d'Ottobre, facendosi nella Chiesa Universale alli otto. Sua Maestà mostrò di restare in ciò appagata e sodisfatta. Che è quanto devo dire a V.ra Signoria Ill.ma in risposta. E senza più resto [1v] facendole humilissima riverenza. Di Varsovia, li 11 Genaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)

a-a) *Autographum.*

N. 179.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 15 I 1628.

Pro gratulationibus data occasione matrimonii fratris, Thaddaei Barberini, sibi factis gratias agit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 118r.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 130v.

Se V.ra Signoria può giugner con la penna, come dice, a bastevole espressione del gusto che sente interiormente per il matrimonio del Sig. Taddeo[588], mio fratello, io nondimeno arrivo a penetrarne l'intiero con la prova che ho lungamente della buontà di V.ra Signoria e del suo gusto et affetto verso di questa Casa. Di che, come ancora del cordiale uffitio passato meco in questa occasione, rendo a V.ra Signoria gratie, pari alla mia disposta e continiovata volontà verso di lei. A cui con tutto l'animo mi raccomando. Roma, 15 Gennaro 1628.

---

586 Epistula card. Ioannis Deti reperta non est.

587 Agitur hic de decisione Congregationis Rituum restituendae festivitatis S. Marci papae in diem7 Octobris, dum prius (19 XI 1622) postulante Sigismundo III rege eadem Congregatio assensa est, ut eo die festum S. Birgittae institueretur, cfr. Gramatowski, p. 285, 288, 334.

588 Cfr. N. 140.

N. 180.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 15 I 1628.

Notum facit sibi placuisse operam nuntii in defendendis Ecclesiae rationibus impensam. Adiungit litteras ad epum Cuiaviensem (Andream Lipski) scriptas, qui cum ratione modoque episcopo dignis se gesserit, etiam laudem et approbationem meruit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 118r-v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 130v-131r.

L'assistenza di V.ra Signoria co' scritti ufficii in preservatione di que' punti che nella Dieta toccavano le ragioni ecclesiastiche, corrisponde al zelo di buon ministro[589], e perciò ella, non men del fatto che di quel più voleva far appresso in beneficio della Chiesa, riporta lode e gradimento. [118v]

In conformità del parere di V.ra Signoria viene qui aggiunta una mia lettera a nizza volante per Mons. Vescovo di Cuiavia[590], il quale havendo con la pietà sostenuto le parti degne di Vescovo, ne ha conseguito merito e lode appresso N.ro Signore. Il che V.ra Signoria dovrà esprimere più efficacemente in voce con occasione di rendergli la detta lettera. Et il Signore Dio prosperi la persona di lei. Roma, 15 Gennaro 1628.

N. 181.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 15 I 1628.

Testatur litteras eius 27 XI 1627 missas et alia duo scripta ad se pervenisse.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 118v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 131r-v.

---

589 Cfr. N. 139.

590 Litterae Francisci Barberini ad epum Cuiaviensem Andream Lipski suadente nuntio datae erant (quas tamen reperire non valui), cfr. N. 139.

Lo stile corrente delle poste in cotesto Regno rende scambievole il mancamento delle lettere anche qua, le quali poi arrivano benché spesso confusamente. Per hora se ne sono ricevute tre di V.ra Signoria della data de 27 Novembre[591] e con esse la copia di una scrittura[592] et un foglio d'avvisi[593]. Con ch'io le prego molti contenti. Roma, 15 Gennaro 1628.

N. 182.

Stanislaus Łubieński, epus Plocensis
Antonio Santa Croce

Pultoviae, 18 I 1628.

Gratulationes, propter absentiam in dioecesi sua paululum retardatas, de adventu eius in Poloniam, mittit. Novi anni occasione data fausta ac felicia omnia ei precatur.

Cop.: Wrocław, BOss, ms 157 II, f. 4.

Nuncio Apostolico

Aberam aliquantisper a Dioecesi mea in deducendo fratre meo, Domino Episcopo Posnaniensi[594], ad suam Cathedram occupatus. Hinc fortasse accusari posset intermissio officii, quo ego erga Ill.mam Celsitudinem V.ram semper defungi cupio, sed supplebo hunc defectum frequentiori testificatione obsequiorum meorum. Interim novi nuper inchoati anni felix initium Ill.mae Celsitudini V.rae evenisse gaudeo, totumque hunc annum et caeteros subsequentes ita decurrere cupio, ut Ill.ma Celsitudo V.ra florente rerum suarum statu et prospera valetudine, maximis honorum, qui heroicis eius virtutibus debentur, incrementis in Ecclesia Dei augeatur. Humillima mea obsequia defero Ill.mae Celsitudini V.rae. Pultovio[595], die 18 Ianuarii 1628.

---

591 Cfr. N. 138-140.

592 Exemplar constitutionis comitialis Latine versum "De decretis Tribunalis" inscriptae, cfr. notam ad N. 139.

593 Non est repertum.

594 Matthias Łubieński (1572-1652), ab a. 1621 epus Chelmensis, ab a. 1627 epus Posnaniensis, ab a. 1631 epus Vladislaviensis, ab a. 1641 primas et aepus Gnesnensis.

595 Pultovia (Pułtusk), oppdum ad Narew fluvium situm, inde a XIII saeculo bona episcoporum Plocensium.

N. 183.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 21 I 1628.

Nuntiat se litteras eius 11 XII 1627 datas accepisse. Adiungit novitates ("avvisi") et litteras notulis secretis exaratas.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 25r. In f. 28v summarium.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6158 f. 4v-5r.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

La lettera di V.ra Signoria Ill.ma, che è sola nello spaccio delli 11 del passato[596], non mi dice altro che il non essere in quella settimana comparse costà mie lettere, le quali, come tengo, non siano smarrite, ma ritardate per alcuno de gli accidenti tanto famigliari alle poste di qua, così spero saranno poi arrivate a sicuro porto. Quel che al presente m'occorre dire di più viene registrato nell'annesso foglio e nell'aggiunta cifera[597]. Et a V.ra Signoria Ill.ma per fine riverentemente m'inchino. Di Varsovia, 21 Genaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

(a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)

a-a) *Autographum.*

N. 184.

"Avviso"
ab Antonio Santa Croce
ad Secretariatum Status transmissum

Varsaviae, 21 I 1628.

Princeps Vladislaus in sacra peregrinatione Lobzeniciam (Łobżenica) se contulit. Princeps Alexander, filiorum regis natu minimus, ex morbo convaluit. Varsaviae exspectatur palatinus Kioviensis (Thomas Zamoyski), qui mox Gedanum proficisci debebit ad pactiones pacis cum Suecis instituendas, ubi iam convenerunt recens nominatus Regni vicecancellarius (Iacobus Zadzik) et reli-

---

596 Cfr. N. 159.

597 Novitates vide sub N. 184, "cifra" non reperitur.

qui commissarii ad colloquia cum Suecis designati. Palatinus Smolenscensis (Alexander Corvinus Gosiewski) cum 2 milibus militum Rigam frustra oppugnavit, deinde Livoniam invasit, ubi multos pagos ab hoste occupatos depopulatus est et militum Suecorum cohortem, qui ipsum erant aggressi, profligavit.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 26r-v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6158 f. 5r-v.

Di Varsovia, 21 Genaro 1628

Giovedì della settimana passata partì dalla Corte il Ser.mo Prencipe Vladislao per andare a compire una sua divotione ad una miracolosa Madonna di Lobzenica in Polonia Maggiore[598], distante di qui intorno a 40 leghe.

Et il Prencipe Alessandro, ultimo de' figli maschi di Sua Maestà, essendo stato alcuni giorni indisposto di febre catarrale, hoggi col divino aiuto si trova libero da detto male.

S'aspetta qui in breve il Palatino di Chiovia[599], uno de' Deputati a trattare la pace con lo Sueco, che però dovrà passarsene subito a Danzica, dove s'intende che sia giunto Mons. Vescovo di Culma, novo Vicecancelliero del Regno[600], aspettando gli altri Commissarii Regii[601], per andare a dar principio alli detti trattati.

È venuto hieri avviso che il Palatino Smolocense[602], mossosi con due mila delli soldati lasciatigli dal Generale di Lithuania[603], con i quali, si scrisse che haveva posto l'assedio a Riga, ma senza effetto, e però s'era ritirato in Prussia all'alloggiamento. Et entrato novamente in Livonia [26v] habbia predato molte ville occupate dal nemico. Et essendosi abbattuto in 300 fanti

---

598 Górka Klasztorna ("Collis monasterii"), locus prope oppidum Łobżenica. De monasterio Bernardinorum ibi exsistente narratur cultum Marianum iam abhinc 500 annis, antequam conditum esset (1638), illuc introductum esse, cum saluberrimo fonte ibi scaturiente coniunctum. Textibus scriptis confirmatum est locum illum iam saec. XV a peregrinis devotionis causa esse frequentatum. Cfr. Wyczawski, p. 74-75.

599 Thomas Zamoyski.

600 Iacobus Zadzik.

601 Thomas Zamoyski, Iacobus Sobieski, Christophorus Wiesiołowski, Ioannes Łowicki, Ernestus Magnus Denhoff.

602 Alexander Corvinus Gosiewski († 1639), unus ex ductoribus belli inter Polonos et Moscovitas a. 1609-1619 gesti, praeter alia munera, quibus in eo functus erat, a. 1610-1611 praesidiariorum Polonorum in arce Moscoviensi (Cremlino) praefectus. Ab a. 1625 palatinus Smolenscensis, ab a. 1630 etiam tribunus campester Lithuanus. A. 1621-1629 interfuit proeliis cum Suecis in Livonia commissis, saepe - absentibus supremis exercituum capitaneis - vices eorum gerens.

603 Leo Sapieha.

Suecesi, gli habbia tutti dissipati, parte con la morte, parte con la presa di essi, e ritornatosene in fine con buon bottino alle stanze[604].

N. 185.

Antonius Santa Croce
Francisco Ingoli,
secretario S. Congregationis de Propaganda Fide

Varsaviae, 21 I 1628.

Scribit se negotia et commoda Ruthenorum unitorum libenter promoturum fuisse, sed propter distantiam locorum difficile fuisse et esse cum eis, praesertim cum metropolita ipsorum (Iosepho Velamino Rutski), in frequentiore epistularum commercio manere. Nuntiat eosdem Ruthenos unitos apud regem et in aula regia non nimis bona opinione frui, esse enim homines queribundos et insatiabiles et fraude ac fallaciis a Sede Apostolica multas impetrare gratias, privilegiis episcoporam Latinorum nocivas, praesertim autem in malam partem eis verti decretum , a Congregatione impetratum, de prohibito transitu Ruthenorum ad ritum Latinum. Refert de adventu Varsaviam aepi Smolenscensis uniti (Leonis Kreuza), qui frustra petiverat audientiam sibi a rege concedi, in qua de adaugendis proventibus dioecesis suae tractare volebat, sed habito colloquio cum cancellario magno Lithuaniae (Stanislao Alberto Radziwiłł) litteras regias hac in parte accepit ad palatinum Smolenscensem (Alexandrum Corvinum Gosiewski) ipsum commendantes. Se tamen dubitare affirmat episcopos Latinos postulata Ruthenorum quodammodo esse expleturos. Adiungit litteras de parocho ex paroecia Stwołowicensi remoto et litteras aepi Smolenscensis Romam transmittit.

Or.: APF, SOCG 67 f. 392r-v, 395r-v. In f. 393v summarium et in f. 393r nota: " Die 8 Aprilis 1628. Congregatio 90."
- **Ed.:** Welykyj LNA IV, p. 299-301.
- **Ed.:** Šeptyckyj MUH IX-X, p. 642-644.

---

[604] Mense Octobri a. 1627 exercitus Lithuanus multa proelia in Livonia commisit, in quibus expugnatae sunt arces Ikskil, Dalen et Nowy Młyn (Novum Molendinum), et 18 X profligata est manus militum Suecorum, Rigae stationem habens, abductis 50 captivis, inter quos 16 ductores militum fuerunt, cfr. Wisner WI, p. 86-87.

Molto Illustre e Rev.mo Signore Osservandissimo.

Il cortesissimo affetto mostratomi da V.ra Signoria Rev.ma[605] in tutte le occasioni, che se le sono presentate, mantiene in me viva la memoria dell'obligationi che le conservo, e gliene darei qualche segno col servirla s'ella ne desse a me alcuna commodità, ma poiché me n'è tanto scarsa, non lascio di ricordarli almeno il mio desiderio col mezzo della presente, col quale vengo anco a ragguagliarla d'alcuni particolari che forse V.ra Signoria giudicherà opportuni a dedursi alla notitia di cotesti Ill.mi Signori della Congregatione de Propaganda Fide.

Vedendo io da gl'iterati commandamenti, fattimi dalla detta Sacra Congregatione a favore de' Rutheni, la protettione ch'ella tiene di essi e delle cose loro, non ho mancato di promovere quanto ho potuto ogni loro interesse e di procurare le loro sodisfattioni, sicome V.ra Signoria havrà successivamente compreso da più lettere mie scritte costà in simil materia. Ma per la gran distanza de' luoghi e per il poco commercio ch'è fra quei e questi, avviene che molto difficilmente si possono haver lettere loro. Et in tutto il tempo che sono qua non ho ricevuto dal Metropolita di Russia[606] [392v] altro che una lettera per negotio suo particolare[607], né mai m'ha dato aviso della ricevuta di tant'altre mie scrittegli[608], né di quelle che venivano mandate a me di costà per esso lui[609]. Che però gli inviai li giorni addietro i duplicati delle mie, et ultimamente per mezzo dell'Arcivescovo Smolocense[610], che fu qui alla Corte, gli mandai un racconto di tutti i negotii scrittigli e di tutte le lettere di Roma inviategli[611].

Ho compreso che detti Rutheni non tengono molto buona opinione appresso al Re et alla Corte, essendo riputati per huomini querimoniosi et incontentabili, e che con bugie e false suppositioni ottengano dalla Santa Sede Apostolica gratie pregiuditiali alli Vescovi Latini. Et è particolarmente dispiacciuto quello che si credeva ch'essi habbiano procurato decreti e provisioni sopra la prohibitione del transito de Rutheni Uniti al Rito Latino[612]. Io però in diverse occasioni ho procurato di rimover da loro questo mal concetto, e di metterli in gratia a Sua Maestà, la quale sincerai anco (conforme all'ordine datomi dalla Sacra Congregatione) non essere [395r] stata fatta spedi-

---

605 Franciscus Ingoli (1578-1649), ab a. 1622 usque ad mortem secretarius Congregationis de Propaganda Fide.

606 Iosephus Velaminus Rutski.

607 Notae sunt nobis tres epistulae metropolitae Rutski ad nuntium primis mensibus eius commorationis in Polonia datae: 10 IX, 19 X et 29 XII 1627 (cfr. N. 83, 106, 164).

608 Non sunt repertae.

609 Cfr. notam ad N. 39, 55, 78.

610 Leo Kreuza.

611 Non reperiuntur.

612 Cfr. notam ad N. 63.

tione alcuna intorno al sudetto prohibito transito. E di ciò pur diedi risposta alla medesima Congregatione[613].

Fu qui, com'ho detto, li giorni passati Mons. Arcivescovo Smolocense per un suo negotio, cioè per ottenere qualche accrescimento di rendita al suo Arcivescovato, conforme gli n'era stata data intentione un tempo fa. Procurò, prima ch'io sapessi la sua venuta, d'haver audienza da Sua Maestà, la quale trovandosi in purga non gliela concesse. Essendosi poi fatto veder da me e pregatomi a volergliela procurare, gliela impetrai per le imminenti feste di Natale. Ma non volendo egli aspettar tanto, per ritrovarsi a far le feste nella sua residenza, fece da se nova instanza d'haverla, e gli fu risposto che trattasse col Signor Duca Razivil, Gran Cancelliero di Lithuania[614], e che lasciasse memoriale. Il che havendomi egli riferito, raccomandai vivamente il negotio al Duca, il quale me ne fu cortese, facendo l'uffizio compito con Sua Maestà. Onde l'Arcivescovo ottenne lettere dirette al Palatino Smolocense[615], [395v] imponendosegli che procurasse di dar qualche sodisfattione all'Arcivescovo con accrescergli l'entrate. Et in questa conformità ne pregai anch'io con mie lettere il detto Palatino[616] e feci che il Signor Duca similmente gliene scrivesse[617], aspettandosi hora di vedere quello seguirà. Nel trattar c'ho fatto con detto Arcivescovo comprendo ch'essi Rutheni sono molto ardenti nelli loro interessi, il che dubito gli sarà di pregiuditio, perché questi Vescovi Latini saranno sempre contrarii et oppugneranno a tutti i loro negotii, conforme n'ho avvertito il medesimo Arcivescovo.

Do conto alla Sacra Congregatione intorno all'espulsione del Sacerdote Rutheno dalla Parochia Stvolovicense[618]. Mando a V.ra Signoria qui acchiuse alcune lettere, inviatemi dal sudetto Arcivescovo[619]. E per fine la prego a prendersi cura et assicurare altresì cotesti Signori Ill.mi della premura che ho nelle cose inculcatemi, non solo per l'obligo che tengo come ministero della Santa Sede, ma anco per quel peculiare debito di cuore ch'ebbi di servire costì nella medesima Sacra Congregatione. Et a V.ra Signoria bacio le mani. Di Varsovia, 21 Genaro 1628.

Di V.ra Signoria molto Illustre et Rev.ma

[a-aff.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a)]

[a-a)] *Autographum.*

---

[613] Cfr. N. 128.

[614] Stanislaus Albertus Radziwiłł.

[615] Litterae regis ad Alexandrum Corvinum Gosiewski non sunt repertae.

[616] Non sunt repertae.

[617] Reperiri non potuit.

[618] Cfr. N. 186.

[619] Litterae ad Congregationem de Propaganda Fide 7 I 1628 datae et relatio de statu archidioecesis unitae Smolenscensis servantur in APF, SOCG 69 f. 464r, SOCG 337 f. 397r-398v (ed. Šeptyckyj MUH II, p. 58, 59-65, Welykyj LE I, p. 162-163, 163-170).

N. 186.

Antonius Santa Croce
card. Ludovico Ludovisi,
praefecto Congregationis de Propaganda Fide

Varsaviae, 21 I 1628.

Scribit ducem Sigismundum Carolum Radziwiłł sibi exhibuisse causas, cur parochus quidam unitus ex parochia in Stwołowicze expulsus esset: eius enim expulsionem non tam a Iesuitis, Unioni faventibus et fideles unitos protegentibus, postulatam esse, quam potius ipsum removere se esse coactum propter preces catholicorum ritus Latini, qui maiorem partem fidelium illius paroeciae efficiant, et propter ignorantiam et superstitionem eiusdem parochi et aliorum quoque sacerdotum ritus Graeci, cuius aliquot specimina adducit.

Or.: APF, SOCG 67 f. 396r-397r. In f. 397v summarium.
- **Ed.:** Welykyj LNA IV, p. 301-302.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Sotto li 27 di Novembre dissi a V.ra Signoria Ill.ma in risposta quel tanto che fin'all'hora havevo saputo circa l'espulsione del Sacerdote Rutheno Unito da una Parochia nella villa Stwolovicense et dell'introduttione in suo luogo d'un Sacerdote Latino[620]. Qual fatto fu rappresentato a cotesta Sacra Congregatione essere seguito a persuasione de' Padri Giesuiti. Hora le do riverentemente conto che il Sig. Prencipe Razivil, Cavagliero Gierosolimitano, m'ha scritto una lettera[621], nella quale dice d'haver inteso che li Rutheni si dolgono in questo fatto de' Padri Giesuiti, ma che però si dolgono a torto, con ciò sia che non solo i Padri non sono mal affetti alli Rutheni Uniti, ma li favoriscono et agiutano con ogni loro potere, instruendo la loro gioventù et insegnando a Sacerdoti d'essi la pietà e le altre virtù.

Dice poi d'haver egli di propria volontà levata a loro la detta Parochia, con offerire l'equivalente [396v] compensatione, ancorché non fosse tenuto, stando che essi Rutheni la possedevano senza puoter mostrare alcun privilegio o concessione de gli antenati del Principe, da quali fu fondata. Et haver ciò fatto per due cause principali. L'una, per l'instanza che gli ne facevano i suoi vassalli Latini, de' quali ivi è maggior numero che de' Greci, perché essendo fra gli uni e gli altri tanta diversità nel calendario circa i tempi del digiunare e dell'osservatione delle feste, et così anco dell'operare et lavorare nei terreni, nascevano fra loro spesse dissentioni. Secondariamente, dice,

---

[620] Cfr. N. 142.

[621] Epistula Sigismundi Caroli Radziwiłł reperiri non potuit.

haverlo mosso la meravigliosa ignoranza de' Popi Rutheni congiunta alle loro grandissime superstitioni, delle quali mi fa anco un breve racconto: come del porre il viatico ai morti, cioè pane, mulso e denari; il celebrar gli anniversarii de' morti con mangiamenti et invitarvi l'anime de' defonti; il curar che fanno i Popi le infermità per mezzo di caratteri e vaticinii; il benedir tutti gli animali per cavarne presenti; molti errori intorno all'Eucharestia et altre sorti di superstitioni et inconvenienti. Do conto del tutto a V.ra Signoria Ill.ma per più piena informatione di quanto desiderava sapere intorno a tal espulsione, nel qual negocio se le piacerà ordinarmi qualche altra cosa, sarà da me con ogni debita diligenza ubbidita. E non occorrendomi altro, resto facendole per fine humilissima riverenza. Di Varsovia, 21 Genaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a]

[a-a] *Autographum.*

N. 187.

Card. Franciscus Barberini
Antonio Santa Croce

Romae, 22 I 1628.

Litteras eius 4 et 7 XII 1627 datas ad se pervenisse testatur. De victoria a classi Polona de Suecis reportata et navibus Suecorum Gedano expulsis gaudet. Litteras notis arcanis scriptas adiungit.

Reg.: AV, Nunz.Pol. 174A f. 118v.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6226 f. 131v.

Con lo stesso ordinario sono qui pervenute una lettera di V.ra Signoria de 7 Decembre e l'annunziato in quella[622], come ancora un' altra de 4 del medesimo mese in compagnia del foglio d'avvisi[623]. Si è havuto godimento di tutte le notitie contenute in esse, ma specificamente della cacciata delle navi di Gostavo dal mare di Danzica. Qui acchiusa ritorna a V.ra Signoria una nostra cifera[624]. Et io m'offero a lei per fine ben di cuore. Roma, Li 22 Gennaro 1628.

---

[622] Cfr. N. 146, litterae "cifratae" huic epistulae annexae non reperiri potuerunt.
[623] Cfr. N. 147, "avvisi" non reperiuntur.
[624] "Cifra" non est reperta.

N. 188.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 26 I 1628.

Includit epistulam, litteras notis secretis scriptas (N. 189, 191) et "avvisi" (non reperiuntur). Fasciculum litterarum eius 18 XII 1628 datarum (N. 152-154) se accepisse significat.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 33r. In f. 44v summarium.

N. 189.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 26 I 1628.

Nuntiat in publica via prope Cracoviam aliquot praedones visos esse et eodem tempore cursorem aliquem litteras portantem esse depraedatum. Se nescire, cuius litteras ille portaverit, putare tamen esse utile, ut omnium litterarum exemplaria iterum mittantur.

Or.: BV, Barb.Lat. 6584 f. 34r. In f. 43v summarium; alia manu nota: "XI Marzo" et summarium responsi (vide N. 222).

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Essendosi inteso da certi religiosi che su la strada di Cracovia siano stati visti alcuni ladri, li quali in particolare habbiano spogliato uno che portava lettere, non havendo però il portator di tal nova saputo dire se fosse l'ordinario corriero, m'è parso bene di mandare il duplicato dello spaccio precedente, in caso che quello fosse ito in sinistro con lo spoglio del corriero[625]. E non occorrendomi altro a V.ra Signoria Ill.ma riverentemente m'inchino. Di Varsovia, 26 Gennaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-]humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia[-a)]

[a-a)] *Autographum.*

---

[625] Nihilominus tamen tam litterae 21 I 1628 datae, quam earum exempla, Romam feliciter pervenerunt, cfr. N. 222.

N. 190.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 26 I 1628.

Nuntiat se Paulum Piasecki ad episcopatum (Camenecensem) promotum iam fecisse certiorem de gratuita expeditione bullarum promotionem eius confirmantium et pro hac gratia ipsi, a se etiam commendato, concessa debitas gratias agit.

Autogr: BV, Barb.Lat. 6584 f. 35r-v. In f. 42v summarium.
Cop.: BV, Barb.Lat. 6158 f. 5v-6r.

Ill.mo et Rev.mo Sig. Padrone Col.mo.

Della gratuita speditione, che V.ra Signoria Ill.ma s'è degnata impetrare dal N.ro Signore, delle bolle del Vescovato di Mons. Piaceschi[626], io vengo a rendergliene quelle più devote et affettuose gratie che posso, poiché havendo l'infinita humanità di V.ra Signoria Ill.ma voluta favorire in quest' occasione non solo il merito di lui, ma anco le mie supplicationi, comprendo magiormente e con infinita mia allegrezza quando sia liberale verso di me la volontà di V.ra Signoria Ill.ma, e che col farmi giornalmente nove gratie e novi honori vuol dare a conoscere al mondo d'haver in grado la mia fedel servitù. Supplico la stessa humanità di V.ra Signoria Ill.ma a ricevere in questo humile e semplice ringratiamento un segno di quell'immensa obligatione che in altra maniera [35v] non posso manifestarle. Io intanto do parte con mie lettere a Mons. Piaceschi della gratia ottenuta[627], per non ritardargli l'infinito giubilo che ne sentirà, trovandosi egli in Vratislavia per servigio di questo Ser.mo Prencipe Don Carlo, Vescovo di quella Città[628]. Et a V.ra Signoria Ill.ma per fine con profonda riverenza m'inchino. Di Varsovia, li 26 Gennaro 1628.

Di V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma

[a-humil.mo et oblig.mo Servitore
Antonio Arcivescovo di Seleucia-a]

[a-a] *Autographum.*

---

[626] Cfr. N. 111, 153.

[627] Litterae nuntii non reperiuntur.

[628] A. 1626 rex Paulum Piasecki designavit unum ex duobus commissariis principis Caroli ad inspiciendum et explorandum patrimonium episcopatus Vratislaviensis. Quo munere functus est usque ad a. 1628, cum epus Camenecensis nominatus esset, cfr. PSB XXV, p. 788.

N. 191.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 26 I 1628.

Di Varsovia, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, li 29 di Luglio 1628
Decifrato a 6 di Settembre

Da Piaceschi, disgustato per la diffidenza che Sua Maestà ha mostrato di lui, mentre fece scrivere dal Lipsischi[979] l'ultima lettera in favor di Mons. di Nola, della quale mando hora la copia, che doveva venire con la cifera de 28 del passato[980], ma il mio Segretario[981] si scordò d'inchiudervela, fece che Mons. Arcivescovo di Gnesna[982], suo confidente, persuadesse a Sua Maestà a non proceder più oltre in raccommandar Mons. Lancillotto, ma che più tosto nominasse altri.

Et havendo io saputo che l'Arcivescovo et altri erano informati di quest'instanza di Sua Maestà, con opportuna occasione rappresentai a loro tutte le ragioni, per le quali N.ro Signore non poteva in questo compiacer il Re, acciò non havessero loco le sinistre informationi che il Roncalli andava facendo. Ne sono restati non solo capaci, ma ancora maravigliati della persistenza del Re. Il quale l'Arcivescovo dice [194v] che trovò assai appagato, ma che gli rispose non convenir alla sua riputatione il nominar altri, tuttavia potersi sperare che col tempo fusse per mutarsi. Ma ciò credo che l'Arcivescovo dicesse forse più per darmi gusto che perché non conosca durezza in Sua Maestà.

Mi parve anche di farne partecipe il Ser.mo Principe, tacendo però a lui et a gli altri quello ch'era necessario, e specialmente l'interesse mio, e protestando di non voler che si parli per me, per non incorrer anch'io nella bolla. Il Principe udì con molto senso le ragioni e gli essempi addotti da me, e mostrò spiacergli tanto l'instanza di Sua Maestà, anzi mi disse che quando fu in Roma haveva ordine dal Padre di parlarne a Sua Santità, ma che havendo inteso le difficoltà, non volse farne altro. Disse che Sua Maestà dovrebbe nominar me e s'aggiustarebbe ogni cosa, ma io [197r] lo ringratiai e replicai di non pretender questo, né volere che si tratti di me. Ma per l'affetto che Sua Altezza mi mostra, credo che ella scriverebbe per me ciò che si volesse, sebene mi sono guardato di farne seco pur un minimo segno.

Il Piaceschi, non havendo mandato al Sig. Card. di Torres la detta lettera di Sua Maestà, dubita che il Roncalli lo sappia e ne voglia avvisar il Re. Onde detto Piaceschi vuol scrivere al Sig. Cardinale che finga di rispondere a

---

979 Ioannes Lipski.

980 Litterae Sigismundi III ad card. Cosmum de Torres de cardinalatu Ioanni Baptistae Lancellotti conferendo, quarum nuntius mentionem fecit in litteris suis 24 (non autem 28) VI ad card. Franciscum Barberini datis (cfr. N. 289), repertae non sunt. In tabulario cardinalis de Torres servantur tantummodo litterae regis de eadem re 1 VIII 1628 scriptae, cfr. Collura, p. 44.

981 Agitur fortasse de Ludovico Piazzoli, cfr. Introductionem.

982 Ioannes Wężyk.

Sua Maestà, con dire d'haverla ricevuta, e che N.ro Signore habbia dato nuovamente la repulsa.

N. 316.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 29 VII 1628.

Scribit se cum principe (Vladislao) de eiusdem propositis matrimonialibus esse collocutum et nuntiat principem parum proclivem esse ad matrimonium cum una ex filiabus imperatoris ineundum, sed potius cogitare de filia ducis Sabaudiae (Maria Apollonia, filia ducis Caroli Emmanuelis). Opinionem eius hac in parte cognoscere cupit.

Or. cifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 201r-v.
Decifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 200r-v.

Di Varsovia, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, li 29 di Luglio 1628
Decifrato a 6 di Settembre

Nella medesima audienza mostrò Sua Altezza con esso me volontà di prender moglie e quasi si lamentava che Sua Maestà non vi pensasse. Io gli dissi d'haver inteso che la Maestà Sua desiderava dargli la figlia dell'Imperadore[983], il che sarebbe stato caro ancora alla Regina. Rispose esser vero, ma che non sarebbe poi stato caro a' Polacchi, e che l'Imperadore era già tanto stretto di sangue, che non era necessario maggior vincolo per mantener la buona amicitia. E mostrò in somma haverne poca inclinatione. Seben'io replicai che l'Imperadore poteva offerir conditioni tali che facessero risolver Sua Altezza, massimamente concorrendovi il gusto del Re, suo Padre. Et ella disse che col negotiare si potevano aggiustar molte partite.

Fu poi discorso della figlia del Duca di Savoia[984], nella quale mostrava Sua Altezza qualche pensiero, approvando quello che io di[200v]cevo della famiglia, adherenze e parentadi e del valore di quel Duca, e soggiunsi ch'egli era huomo da intentar cose grandi, et in particolare la ricuperatione di Suevia, e mi pregò che ne volessi far qualche passaggio con Sua Maestà. Il che io

---

983 Ferdinandus II imperator tunc temporis duas habuit filias nubiles: Mariam Annam (1610-1665), postea (ab a. 1635) uxorem Maximiliani I, ducis Bavariae, et Caeciliam Renatam (1611-1644), postea reapse uxorem Vladislai Vasa (ab a. 1637).

984 Maria Apollonia (1594-1656), postea monialis Romae, ubi mortua est; filia Caroli Emmanuelis (1562-1630), ducis Sabaudiae ab a. 1580. De consiliis matrimonialibus ad eam spectantibus cfr. epistularum commercium Philippi IV et "infantis" Isabellae in: Cuvelier II, p. 411, 423.

gli promissi, ma dissi doversi aspettare qualche buona congiuntura. Nel che supplico V.ra Signoria Ill.ma a significarmi il suo senso di quanto dovrò fare.

Intendo che Mons. Vescovo di Nola[985] ne trattò già per parte di N.ro Signore, ma che non hebbe effetto per la poca inclinatione che Sua Maestà et il Principe all'hora vi havevano, e per la poco buona dispositione in che si trovava all'hora il Duca con Spagna. Ancora per parte del Sig. Card. di Savoia[986] fu da quell'Ambasciatore[987] richiesto mio fratello[988] costì, acciò che io vedessi come da me stesso, se Sua Maestà applicasse a questo parentado, che in quel caso ricorrerebbono da N.ro Signore acciò lo promovesse.

N. 317.

Antonius Santa Croce
card. Francisco Barberini

Varsaviae, 29 VII 1628.

Refert de colloquio suo cum principe (Vladislao) habito, quod in eo versatum est, ut regnum Suetiae recuperari posset ope et auxilio exercituum imperialium a rege alendorum, vel opera electoris Brandenburgensis (Georgii Gulielmi) vel regis Hispaniae (Philippi IV), ipso principe Vladislao duce, cui pater titulum regis Suetiae cederet.

Or. cifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 203r-v. In f. 207v nota: "Risposto a 9 in una".
Decifr.: AV, Nunz.Pol. 40 f. 202r-v, 205r.

Di Varsovia, dall'Arcivescovo di Selleucia Nuntio, li 29 di Luglio 1628
Decifrato a 6 di Settembre

Nell'ultima audienza che hebbi da questo Principe egli si mostrò meco molto disgustato, vedendo non esser adoprato e le cose andar sempre in peggio. E dubita d'esser sospetto al Re, suo Padre, mentre Sua Maestà non s'appiglia a tanti buoni partiti e remedii, che gli sono offerti per ricuperar il suo. Mi disse d'haver fatto insinuar al Re qualmente sapeva che l'Imperadore[989]

---

[985] Ioannes Baptista Lancellotti.

[986] Mauritius de Sabaudia (1593-1657), cardinalis a. 1607-1642.

[987] Ludovicus San Martino marchio d'Aglie (1578-1646), a. 1623-1627 curator negotiorum card. Mauritii de Sabaudia Romae, ab a. 1627-1637 orator ducis Sabaudiae Romae, ab a. 1638 praepositus generalis aerarii Ducatus Sabaudiae.

[988] Valerius Santa Croce.

[989] Ferdinandus II de Habsburg.

et il Vallestaim s'indurrebbono a metter ducento mila huomini in Suevia, con questo che Sua Maestà ne pagasse solamente sei mila per un anno e la paga corresse solamente dopo che fussero entrati in Suevia; che Sua Maestà non intrigasse in questo negotio i Polacchi, ma rinunziasse a se il titolo di quel Regno, ch'egli poi s'aiutarebbe da se stesso; ch'essendo sì poco questo danaro, richiesto a Sua Maestà, si potrebbe procurare che lo pagasse il Duca di Prussia[990], senza palesar il fine, il che farebbe egli facilmente per sopir i sospetti che si hanno contro di lui, [202v] overo che si potrebbe pregar il Re di Spagna[991] che facesse questa spesa, o che convertisse a tal'effetto ducento mila scudi, che manda adesso qua per armare ventiquattro navi, oltre ad altrettanti che già ha fatto rimetter in Lubeca e Danzica per l'istesso effetto, a contemplatione di Sua Altezza. Quale danaro sta hora a dispositione qui del Barone d'Auchi[992]. Dice per fine esso Principe, che se il Re lasciasse far a lui, sperarebbe di far contentar il Vallestaim della promessa di qualche stato in Suecia in pegno o in feudo, in cambio dello sborso di quel danaro; e che nel resto si prometterebbe buoni successi.

Io mi sforzai di riscaldare Sua Altezza a tirar avanti questo negotio, e la persuasi a trattarne ella stessa col Re. Restò di volerlo fare, seben pareva de diffidarne assai, soggiungendole io che con buona occasione non mancherò di servirla in questo appresso Sua Maestà, sicome farò col mezo [205r] ancora del Barone e del Padre Valentino[993].

---

990 Georgius Gulielmus Hohenzollern.
991 Philippus IV de Habsburg.
992 Carolus de Bonnières.
993 Valentinus Seidel.

APPENDICES

A. 1.

Processus informativus Adami Nowodworski ad episcopatum Premisliensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 10-22 VII 1627.

Acta processus informativi Adami Nowodworski, epi Camenecensis, ad episcopatum Premisliensem, post translationem Achatii Grochowski ad sedem Luceoriensem vacantem, promovendi. Enumerantur nomina testium et interrogationes eis positae, ad personam ipsius promovendi et statum dioecesis pertinentes. Adducuntur responsa Nicolai Sapieha, palatini Novogrodensis, Maximiliani Przerębski, castellani Siradiensis et referendarii Regni, Nicolai Szyszkowski, secretarii maioris Regni, Christophori Brzozowski, notarii terrae Bielscensis, Stanislai Łubieński, epi Plocensis, Nicolai Wolski, supremi marescalci Regni, Gregorii Dunin, dapiferi terrae Ravensis, Sigismundi Kazanowski, Zachariae Nowoszycki et Adami Komoniecki. Sequuntur iuramentum et professio fidei Adami Nowodworski, attestatio iuramenti a nuntio facta, attestatio fidei actorum processus a testibus, deinde a notario facta, et confirmatio facultatum notarii atque attestatio fidei huic instrumento adhibendae a nuntio facta.

Or.: AV, AC, Proc. Consistoriales, ms. 28 f. 36r-52v. In f. 35r nota: "1627, Ecclesia Premisliensis, [relator] card. [Cosmus] de Torres"; in f. 54v decisio Curiae Romanae: "Ego Cos[mus] Card. de Torres relationem facturus pro certo existimo Rev.dum Patrem D.num Adamum Novvodvorski, Episcopum Camenecensem, idoneum esse ut ad Ecclesiam Premisliensem transferatur. Cosmus Cardinalis de Torres, relator; idem sentio ego, Octavius, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Bandinus; idem sentio ego, Scipio Cardinalis Burghesius; idem censeo ego, Hipolitus Diaconus Cardinalis Aldobrandinus".

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Praesenti publico processus instrumento cunctis ubique pateat evidenter et sit notum, quod Anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Indictione decima, die vero decima mensis Iulii, Pontificatus autem Ss.mi in Christo Patris et Domini N.ri D.ni Urbani, divina providentia Papae Octavi, anno eius quarto.

Coram Ill.mo et Rev.mo D.no Antonio Sanctacrucio, Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopo Seleuciensi nec non eiusdem Ss.mi D.ni N.ri Papae Praelato Domestico et in Cappella eiusdem Assistente, et pro eodem Ss.mo eiusque S. Sedis Apostolicae ad Ser.mum Sigismundum Tertium, Poloniae et Suetiae Regem, totumque Poloniae Regnum et Magnum Lithua-

niae Ducatum cum facultatibus Legati de latere Nuntio, meque notario publico et Curiae Causarum dicti Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici Cancellario.

Comparuit Ill.mus et Rev.mus Adamus Nowodworski, Epus Camenecensis, Abbas Premetensis, et exposuit, quod cum ipse cupiat ex benignitate et gratia eiusdem Ss.mi Domini N.ri Papae eiusque S. Sedis Apostolicae de Ecclesia et Episcopatu Camenecensi se mutari et transferri ad Ecclesiam et Episcopatum Premisliensem, vacantem seu vacaturam per mutationem seu translationem faciendam per Ill.mum et Rev.mum D.num Achatium Grochoscki, Episcopum dictae Ecclesiae Premisliensis, ad Ecclesiam et Episcopatum Luceoriensem, illius ultimi possessoris.

Ideo institit, ut dictus Illustrissimus dignaretur mandari confici processum super vita, moribus, legitimis natalibus et aliis requisitis qualitatibus ipsius Ill.mi D.ni Adami; ac etiam de statu praesenti Ecclesiae Premisliensis, iuxta formam Sacri Concilii Tridentini et Constitutionis felicis recordationis Gregorii Decimi Quarti[1].

Qui Ill.mus et Rev.mus D.nus Antonius Sanctacrucius, Nuntius Apostolicus, [36v] praedicta attendentes, dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium desuper inducendorum et examinandorum recipi, ceteraque necessaria fieri, et per me, eundem Curiae Cancellarium, rogari et omnia et singula in publicam formam redigi et redacta eidem Ill.mo D.no Adamo consignari mandavit et mandat per praesentes etc. In quorum...

Quibus ita gestis idem Ill.mus et Rev.mus D.nus Antonius Sanctacrucius, Nuntius Apostolicus, mandavit testes, ut supra, inducendos et super infracriptis interrogatoriis examinandos, ad se vocari et examinari, praestito prius in manibus Dominationis Suae Ill.mae iuramento de veritate dicenda... prout omnes iurarunt tactis...

Nomina Testium

1. Illustris et Magnificus D.nus Nicolaus Sapieha,
   Palatinus Nowogrodiensis[2].
2. Illustris et Magnificus D.nus Maximilianus Przerembski,
   Referendarius Regni[3].
3. Perillustris et Rev.mus D.nus Nicolaus Seyszkoroski,
   Secretarius Regni Maior[4].
4. Generosus D.nus Christophorus Przoroscko, Notarius Terrae Bielscensis[5].
5. Ill.mus et Rev.mus D.nus Stanislaus Łubiński, Episcopus Luceoriensis.

---

[1] Cfr. Conc. Trid., Sessio XXII, can. 2, et constitutionem Gregorii XIV "Onus Apostolicae servitutis", 15 V 1591, cfr. Bullarium Romanum IX, p. 419-424.

[2] Nicolaus Sapieha (circa 1565-1638), palatinus Minscensis ab a. 1611, Novogrodensis ab a. 1618.

[3] Maximilianus Przerębski († 1639), marescalcus aulae reginalis ab a. 1619, castellanus Siradiensis ab a. 1620, simul referendarius Regni a. 1624-1633, palatinus Lanciciensis ab a. 1637.

[4] Nicolaus Szyszkowski.

[5] Christophorus Brzozowski († circa 1635), notarius terrae Bielscensis ab a. 1617.

6. Ill.mus D.nus Nicolaus Wolski, Supremus Regni Poloniae Marschalcus.
7. Generosus D.nus Gregorius Dunin, Dapifer Terrae Ravensis[6].
8. Magnificus D.nus Sigismundus Kazanovoski, Terrae Ravensis[7].
9. Magnificus et Adm. Rev.dus D.nus Zaccharias Novvoszicki et
10. Nobilis Adamus Komoniozski.

Interrogatoria, de quibus supra fit mentio, sunt infra quae sequuntur, videlicet:

1. An cognoscat Ill.mum et Rev.mum D.num Adamum Novvodrovvski, Epum Camenecensem, promovendum ad Ecclesiam Cathedralem Premisliensem seu ad illam transferendum, ubi, qua occasione et a quanto tempore citra.

2. An sciat, cuius sit oriundus dictus Rev.mus et Ill.mus D.nus Adamus, et an sit ex legitimo matrimonio catholicis et nobilibus parentibus natus, et cuius aetatis sit, et quomodo sciat.

3. Item an sciat, quod sit Magister in Sacra Theologia vel Iuris Utriusque Doctor aut saltem in Iure Canonico.

4. Item an sciat esse Presbiterum dictum Ill.mum D.num Adamum, et Praelatum, a quanto tempore citra.

5. Item an sciat eundem Ill.mum et Rev.mum D.num Adamum aliquo impedimento detineri, quominus de [37r] Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem possit mutari et transferri.

6. Item an sciat, [quod sit] vitae integritate, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditus, ita ut de dicta Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem merito videatur posse mutari et transferri, eiusque mutationem et translationem profuturam esse Ecclesiae praedictae et gregi ipsi.

7. Item an sciat ipsum Rev.mum D.num Adamum esse solitum frequentare Sacramenta et Sacram Missam celebrare, et quomodo sciat.

8. An sciat ipsum esse et fuisse verum Catholicum et in Fidei Catholicae puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum, timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem.

9. An sciat eum esse innocentia vitae, bonae famae et conversationis, et quomodo.

10. An sciat ipsum fuisse coniugatum vel bigamum.

11. An sciat vel audiverit fuisse eidem aliquid imputatum in iudicio, vel extra, in foro ecclesiastico vel saeculari, de re tangente vitam, mores et fidem.

12. Item an sciat ipsum Ill.mum D.num Adamum in aliqua Universita-

---

[6] Georgius Dunin († post 1632), dapifer terrae Ravensis ab a.1618.

[7] Sigismundus Kazanowski tunc temporis nullo officio terrestri fungebatur. Verba "Terrae Ravensis" videntur ese erronea repetitio conclusionis puncti praecedentis, cfr. notam ad N. 307.

te vel Studio generali studuisse, et in qua seu quo, et pollere ea doctrina, quae in Episcopo requiritur, ut alios docere possit, et quomodo sciat.

13. Item an sciat ipsum habere seu aliquando habuisse beneficia, et quae, aut circa curam animarum seu regimen alicuius Ecclesiae se exercuisse, et quomodo in illis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, et quomodo sciat.

14. Item an sciat huiusmodi beneficia requirere residentiam et esse incompatibilia.

15. Item an sciat ipsum semper resedisse in loco illarum Ecclesiarum, in quibus residere debebat et astringebatur, et si aliquando non resedit, qua de causa id fecerit.

16. Item an sciat ipsum permisisse per haereticos detineri bona suorum beneficiorum.

17. Item an sciat ipsum habere familiam haereticam aut familiarem consuetuditem cum haereticis.

18. Item an sciat ipsum dedisse scandalum circa fidem et mores.

19. Item an sciat ipsum esse prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, et habere qualitates requisitas ad Ecclesias Cathedrales, ita ut sit aptus et idoneus ad defensionem iurisdictionis Ecclesiae Premisliensis, et digne possit mutari ad illam et transferri.

[37v] **Alia interrogatoria super statu Ecclesiae Premisliensis**

1. An sciat, in qua Provincia sit sita Civitas Premisliensis, cuius situs, et an sit ampla, quem numerum animarum habeat et sub cuius sit dominio in temporalibus.

2. An in dicta Civitate adsit Cathedralis Ecclesia, sub qua invocatione, cuius sit structurae et amplitudinis, et an indigeat aliqua reparatione.

3. An in dicta Ecclesia adsit Sacrarium, sacris suppellectilibus sufficienter ornatum, Campanile cum campanis, Chorus, Organum, Coemiterium, et alia ad Ecclesiam Cathedralem necessaria.

4. Item an ibidem sint reliquiae Sanctorum, quorum, et an decenter asserventur.

5. Item an sciat, quot dignitates in ea existant, quae est prima post pontificalem, quot habet Canonicatus et alia beneficia, et an cultus divinus in ea exerceatur diligenter.

6. Item an iuxta Ecclesiam praedictam adsit domus pro Episcopi habitatione, et an indigeat reperatione.

7. Item an in dicta Civitate adsit Seminarium puerorum instruendorum, quot studentes in eo degant.

8. Item an in dicta Civitate vel eius Dioecesi adsint Monasteria Monialium et Religiosorum Virorum, quot, cuius Ordinis; an Confraternitates laicales sive Hospitalia sint.

9. Item an cura animarum exerceatur in dicta Cathedrali vel in aliis Ec-

clesiis dictae Civitatis, et in quot, et an adsit fons baptismalis.

10. Item an Dioecesis Premisliensis sit ampla, quot oppida et loca insignia complectatur.

11. Item quantum habeat in annuis redditibus mensa episcopalis, et annui redditus sint aliqua pensione onerati, qua et ad cuius favorem.

12. Item quomodo vacet Ecclesia Premisliensis, et quanto tempore citra.

Primus Testis

Eisdem anno, mense, die, indictione et pontificatu, quibus supra, pro Ill.mo et Rev.mo D.no Adamo Novvodrovvski, Episcopo Camenecensi et Abbate Premetensi, contra quoscumque, examinatus fuit Varsoviae in palatio Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sanctae Crucis, Nuntii Apostolici, [ipso] praesente et coram eo, Ill.mus et Magnificus D.nus **Nicolaus Sapieha**, Palatinus Novogrodensis, filius bonae memoriae Ill.mi D.ni Bogdani, Palatini Minscensis, Vicecancellarii Magni Ducatus Lithuaniae[8], aetatis suae annorum 62 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis iuravit [38r] ad Sacrosancta Dei Evangelia, dixit et deposuit, super interrogatoriis ut supra datis, et primo:

Iuxta primum respondit: Ego cognosco dictum Ill.mum D.num Adamum Novvodrowski, Episcopum Camenecensem, ab annis viginti incirca, in Aula Ser.mi Regis Poloniae, quo tempore erat Secretarius dicti Ser.mi Regis.

Iuxta 2^{m} respondit: Dictum Episcopum esse oriundum ex Palatinatu Massoviae, et esse aetatis annorum 50, et natum de legitimo matrimonio ex catholicis et nobilibus parentibus, prout ab omnibus sic est reputatus.

Iuxta 3^{m} respondit: Nescio dictum Episcopum esse doctorem, sed scio esse valde doctum, ex causa superius dicta.

Iuxta 4^{m} respondit: Dictum Episcopum esse Praelatum ab annis duodecim, prout quoque Episcopum, ut ipse mihi retulit.

Iuxta 5 respondit: Dictum Episcopum non detineri aliquo impedimento, quod non possit transferri de Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem; et scio per longam conversationem cum eo.

Iuxta 6 respondit: Esse dictum Episcopum integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut de supradicta Ecclesia ad Ecclesiam Premisliensem merito videatur posse mutari et transferri, eiusque translationem profuturam fore Ecclesiae praedictae et eius gregi; et scio ex causa qua supra.

Iuxta 7^{m} respondit: Ipsum Ill.mum D.num Episcopum esse solitum frequentare Sacramenta et Sacram Missam celebrare; et scio quia saepius vidi.

---

[8] Bohdanus Sapieha, (†1593), castellanus Brestensis ab a. 1580, Smolenscensis ab a. 1585, palatinus Minscensis ab a. 1588. Munere vicecancellarii Lithuaniae numquam est functus. Hic videtur esse facta confusio patris cum filio, Paulo, vicecancellario a. 1623-1635.

Iuxta 8 respondit: Dictum Ill.mum Episcopum Camenecensem fuisse et esse verum Catholicum et in Fidei Catholicae puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum, imo fuisse semper timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio ex qua supra causa.

Iuxta 9 respondit: Ipsum Ill.mum D.num Episcopum esse innocentia vitae, bonae famae et conversationis, ut supra scio.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum nec bigamum, et si fuisset, scivissem ex causa praedicta.

Iuxta 11^{m} respondit: nescire nec audivisse fuisse eidem aliquod imputatum de re contra vitam, mores et fidem, et si fuisset, scirem ex causa praedictae cognitionis.

Iuxta 12 respondit: Nescio, an dictus Episcopus in aliqua Universitate studuerit, sed scio ipsum habere doctrinam sufficientem, et quae in Episcopo requiritur, ut alios etiam edocere possit; et scio ex cognitione praedicta.

[38v] Iuxta 13 respondit, quod dictus D.nus Episcopus ante Episcopatum habuit Canonicatum Gnesnensem aliaque beneficia, quorum nominis ad praesens non sum memor: modo autem esse Episcopum Camenecensem, in quo circa curam animarum se exercuit et optime se gessit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam; et scio ex cognitione qua supra.

Iuxta 14 respondit: Scio, quod beneficia, quae ipse Ill.mus D.nus Episcopus Camenecensis obtinebat, esse incompatibilia et requirere residentiam, sed puto ipsum retinere ea dispensatione Apostolica.

Iuxta 15 respondit: Praedictum Ill.mum Episcopum resedisse et residere in loco Ecclesiarum, in quibus residere debebat, salva residentia apud Sacram Regiam Maiestatem et incursione Tartarorum in Episcopatu, qui confinit cum Regno Tartarorum; et scio ex conversatione cum ipso habita, de quo est publica vox et fama.

Iuxta 16 respondit: nescire praedictum Ill.mum D.num Episcopum permisisse haereticos retinere bona suorum beneficiorum, et non credo dictum Episcopum hoc proposuisse, quia omnino est contrarius dictis haereticis.

Iuxta 17 respondit: Dictum Episcopum non habuisse nec habere familiam haereticam, nec familiares consuetudines cum eis; et scio ex cognitione praedicta.

Iuxta 18 respondit: Scio ipsum Ill.mum Episcopum esse ornatum moribus optimis, nec unquam dedisse scandalum aliquod circa fidem et mores, quod si dedisset scirem ex cognitione praedicta.

Iuxta 19 respondit: Praedictum Ill.mum D.num Episcopum esse prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, et habere qualitates requisitas ad defensionem iurisdictionis Ecclesiae Premisliensis, et digne mutari seu transferri posse de dicta Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem; et scio ex causis allegatis in causa scientiae.

Nicolaus Sapieha, Palatinus Novogrodensis, manu propria,

Secundus Testis

Eisdem anno, mense, die, indictione et pontificatu quibus supra. Pro eodem contra quoscumque, fuit ubi supra, per quem supra, Ill.mus et Magnificus D.nus **Maximilianus Przeremski**, filius Iacobi, Referendarius Regni Supremus, Capitaneus Moscicensis de Palatinatu Siradiensi[9], aetatis suae annorum 50 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. ad Sancta Dei Evangelia iuravit , dixit et deposuit pro veritate super interrogatoriis ut supra datis, et primo:

Iuxta primum respondit: Ego cognosco dictum Ill.mum et Rev.mum D.num Adamum Novvodrowski, Episcopum [39r] Camenecensem, ab annis quindecim incirca in Aula Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, et erat Secretarius dictae Sacrae Regiae Maiestatis, et ego quoque eram ad servitium dictae Sacrae Regiae Maiestatis, et versatus sum cum illo.

Iuxta 2^{m} respondit: Dictum Episcopum esse oriundum ex Palatinatu Massoviae, et de legitimo matrimonio, et ex nobilibus et catholicis parentibus natum, et dicta familia habuit septem episcopos et multos senatores; et scio et sum informatus, quia mea patria parum distat a patria ipsius.

Iuxta 3^{m} respondit: Esse dictum Episcopum doctum; et scio, quia versatus sum cum illo, ut supra deposui.

Iuxta 4^{m} respondit: Dictum Episcopum fuisse Praelatum a multis annis, modoque esse Episcopum; et scio, quia versatus sum cum illo ut supra.

Iuxta 5 respondit: Non detineri dictum Episcopum aliquo impedimento, quod non possit transferri de eius Episcopatu ad Episcopatum Premisliensem; et scio, quia versatus sum cum illo ut supra.

Iuxta 6 respondit: Esse dictum Episcopum integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut de facili videatur posse mutari ad dictam Ecclesiam Premisliensem, eiusque mutationem fore profuturam dictae Ecclesiae eiusque gregi; et scio, quia versatus sum cum illo et ita talem semper cognovi.

Iuxta 7^{m} respondit: Non vidisse celebrare Missam, sed audivisse ipsum solere celebrare et Sacramenta frequentare.

Iuxta 8 respondit: Esse verum Catholicum dictum Episcopum et in fidei puritate permansisse, nec haeresi unquam suspectum fuisse, imo ipsum Episcopum fuisse et esse timoratae conscientiae, zelantem divini honoris et salutis proximi ; et scio ex causa cognitionis ut supra.

Iuxta 9 respondit: Esse innocentia vitae, bonae famae et conversationis; et scio, quia eum cognovi ut supra .

Iuxta 10 respondit: Non fuisse dictum Episcopum coniugatum, quia si fuisset, scirem ob praedictam causam cognitionis.

Iuxta 11^{m} respondit: Nescio prout nec audivi dictum Episcopum fuisse in aliquo imputatum in Iudicio, vel extra, de re contra vitam, mores et Fi-

[9] Maximilianus Przerębski capitaneus Moscicensis erat ab a.1613.

dem Catholicam, et si fuisset imputatus, scirem ob causam cognitionis praedictae.

[39v] Iuxta 12 respondit: Dictum Ill.mum D.num Episcopum esse doctum, eaque doctrina pollere, quae in similibus episcopis requiritur; et scio per practicam ut supra habitam.

Iuxta 13 respondit: Habuisse dictum Episcopum beneficia per aliquot annos et modo habere Abbatiam Premetensem, et se exercuisse cum illo gubernio, regimine et doctrina, et quoad praedictam requisitam in simili Episcopo; et scio ex causa cognitionis praedictae.

Iuxta 14 respondit: Nescire dicta beneficia requirere residentiam et esse incompatibilia, salvo Episcopatu qui est de residentia, prout omnibus patet.

Iuxta 15 respondit: Dictum Episcopum semper resedisse in sua Ecclesia Episcopali, exceptis quibusdam temporibus Comitiorum, incursionis Tartarorum et residentia in Aula; et scio, quia id vidi.

Iuxta 16 respondit: Non permisisse dictum Episcopum per haereticos retinere bona suorum beneficiorum; et scio ex causa cognitionis praedictae.

Iuxta 17 respondit: Dictum Episcopum nunquam habuisse nec habere familiam haereticam, aut familiarem consuetudinem cum illis; et scio, quia ipsum cognovi ut supra.

Iuxta 18 respondit: Nunquam dedisse aliquod scandalum circa fidem et mores nec circa alia; et scio ex praedicta cognitione.

Iuxta 19 respondit: Dictum Episcopum esse prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, aliasque habere qualitates requisitas, ita quod sit aptus ad defensionem iurisdictionis Ecclesiae Premisliensis et maioris dignitatis; et scio, quia versatus sum cum illo et cognosco eius qualitates in causa scientiae.

Deinde deventum fuit ad interrogatoria ut supra data, concernentia statum Ecclesiae Premisliensis, et prout:

Iuxta primum interrogatus respondit, quod Civitas Premisliensis est posita in Palatinatu Russiae Rubrae, et est amplissima Dioecesis et infinitum habet numerum animarum. Et est sub dominio Ser.mi Regis Poloniae in temporalibus; et scio, quia habeo Capitaneatum distantem a dicta Civitate circa tria milliaria[10], et sum de praedictis informatus.

Iuxta 2^{m} interrogatus respondit: In dicta Civitate adesse Ecclesiam Cathedralem pulchrae structurae, sub [40r] invocatione Sancti Stanislai, ni fallor; et scio ob causas praedictas, quia parum distat meum Capitaneatum [sic] a dicta Civitate, et sum informatus ut supra deposui, et nescio an indigeat reparatione.

Iuxta 3^{m} respondit: Adesse Sacrarium sacra suppellectili sufficienter or-

[10] Maximilianus Przerębski ab a.1622 fungebatur munere capitanei Medicensis.

natum, Campanile cum campanis, Chorum, Organum, Coemiterium, aliaque pertinentia ad Cathedralem Ecclesiam; et scio ex cognitione ut supra.

Iuxta 4^{m} respondit: Adesse etiam reliquias Sanctorum, quae decenter asservantur; et scio ob praedictas causas.

Iuxta 5^{m} respondit: Adesse Dignitates et esse Canonicatus et alia beneficia ecclesiastica, et cultus divinus diligenter exercetur; et scio ex praedicta causa ut supra.

Iuxta 6 respondit: Prope dictam Ecclesiam adesse domum pro habitatione Episcopi et commoditatem pro Canonicis et aliis; et scio ex praedicta cognitione.

Iuxta 7 respondit: Se nescire, an in dicta Civitate sit Seminarium pro instruendis pueris.

Iuxta 8 respondit: Adesse Monasteria in dicta Civitate Patrum Societatis Iesu, Sancti Dominici et non recordari, an sint alia Monasteria; et scire, quia est informatus ut supra.

Iuxta 9 respondit: In dicta Ecclesia Cathedrali exerceri curam animarum et adesse fontem baptismalem, et hoc scire ex cognitione et quia est informatus ut supra.

Iuxta 10 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 11 respondit: Necire de redditibus dictae Ecclesiae.

Iuxta 12 respondit: Dictam Ecclesiam vacare seu vacaturam esse per translationem Episcopi Premisliensis ad Ecclesiam Luceoriensem[11] in causa scientiae.

Maximilianus de Przeranb, Castellanus Siradiensis, Regni Referendarius, Sacrae Regiae Maiestatis Supremus Aulae Praefectus, manu propria.

Tertius Testis super vita et moribus

Eisdem anno, mense, die, indictione et pontificatu quibus supra. Pro eodem contra quoscumque, fuit ubi supra, per quem supra, Ill.mus et Rev.mus D.nus **Nicolaus Seyszkovski**, Secretarius Regni Maior et Abbas Cervinensis[12], filius Ioannis ex Palatinatu [40v] Calisiae, equestris ordinis, aetatis suae annorum 37 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. ad Sancta Dei Evangelia iuravit , dixit et pro veritate deposuit ut infra, videlicet:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco ab annis duodecim incirca in Aula Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Rev.mum D.num Adamum Novvodrovvski, Episcopum Camenecensem, qui venit ad Aulam occasione Comitiorum, et ego quoque interfui.

---

[11] Achatius Grochowski, epus Premisliensis, nominationem ad episcopatum Luceoriensem assecutus est m. Iulio a. 1627, cfr. N. 44.

[12] Nicolaus Szyszkowski fuit abbas Czerwinensis a. 1622-1632.

Iuxta 2[m] respondit: Dictum Ill.um Episcopum esse oriundum ex Palatinatu Massoviae, et de legitimo matrimonio, ex parentibus nobilibus et catholicis natum, ita ab omnibus communiter reputatum; et scio etiam, quia habeo bona coniuncta cum ipso Rev.mo D.no Episcopo.

Iuxta 3[m] respondit: Credere non esse dictum Episcopum doctorem in Sacra Theologia, sed scire esse doctum a dicto tempore annorum duodecim, quando ipse Rev.mus D.nus Episcopus venit ad Aulam occasione Comitiorum et residentiae, prout quoque ego fui.

Iuxta 4[m] respondit: Ego cognovi dictum Episcopum a dicto tempore esse Episcopum, quia vidi ut supra.

Iuxta 5 respondit: Non detineri dictum Episcopum aliquo impedimento, quominus de Ecclesia Camenecensi possit transferri ad Ecclesiam Premisliensem, et si esset contrarium, quod deesset aliquod impedimentum, et scirem ob cognitionem, quam de illo habeo.

Iuxta 6 respondit: Esse integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut mutari possit ad dictam Ecclesiam, et huiusmodi translationem fore profuturam praedictae Ecclesiae et eius gregi; et scio, quia ego cognovi eum a dicto tempore citra.

Iuxta 7[m] respondit: Esse solitum frequentare Sacramenta et celebrare Missam; et scio ut supra ob cognitionem de eo habitam et quia vidi.

Iuxta 8 respondit: Esse verum Catholicum, nulla haeresi suspectum, bonae conscientiae, honoris divini et proximi salutis zelantem; et scio ex cognitione ut supra.

[41r] Iuxta 9 respondit: Esse bonae conscientiae, vitae, famae et conversationis; et scio ut supra .

Iuxta 10 respondit: Non esse coniugatum nec fuisse, et si fuisset, scirem ex supradicta causa cognitionis.

Iuxta 11 respondit: Non fuisse ei aliquid imputatum in Iudicio, et extra, de re contra vitam, mores et fidem, nec de alio, et si esset, scirem ex cognitione praedicta.

Iuxta 12 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit [...] dictum Episcopum esse doctum et pollere ea doctrina in simili Episcopo requisita, ut alios possit docere; et scio ex causa praedicta.

Iuxta 13 respondit: Habuisse et habere modo dictum Episcopum Abbatiam Premetensem et in illius gubernio se gessisse prudenter, et cum sciam et ut talem cognovi ut supra, et omnibus est notum.

Iuxta 14 respondit: Dictum Episcopatum requirere residentiam, ut omnibus est notum, et circa alia beneficia nescire.

Iuxta 15 respondit: Scio resedisse dictum Episcopum in Episcopatu, salvis Comitiis et residentia ad Aulam; et scio ex causa praedicta.

Iuxta 16 respondit: Non permisisse dictum Ill.mum Episcopum per haereticos detineri bona suorum beneficiorum, quia si permisisset, scivissem per cognitionem ut supra.

Iuxta 17 respondit: Non habuisse nec habere familiaritatem cum haereticis nec familiam haereticam, et si habuisset, scirem ex causa praedictae cognitionis.

Iuxta 18 respondit: Nec dedisse aliquod scandalum circa fidem et mores; et scio ex praedicta causa cognitionis.

Iuxta 19 respondit: Dictum Episcopum fuisse et esse prudentem, maturi consilii, vitae exemplaris, aliasque habuisse et habere qualitates, ita ut sit aptus non solum ad dictum Episcopatum, sed ad maiores dignitates; et scio ex cognitione ut supra in causa scientiae.

Nicolaus Szyszkovski, Secretarius Sacrae Regiae Maiestatis, ita deposui pro veritate, ut supra, propria manu.

[41v] **Quartus Testis super vita et moribus**

Eisdem anno, indictione, mense, indictione, pontificatu ac die quibus supra. Pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Ill.mus et Generosus D.nus **Christophorus Brzozovschi**, Notarius Terrae Bielscensis, Aulicus Sacrae Regiae Maiestatis, aetatis suae annorum 46 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. iuravit, dixit et deposuit, prout infra, videlicet:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco Rev.mum D.num Adamum, Episcopum Camenecensem, iam sunt viginti anni et plus in Academia Cracoviensi, ubi insimul studebamus, deinde cognovi hic in Varsovia.

Iuxta 2 respondit: Scio dictum Episcopum esse natum in Dioecesi Plocensi, in loco dicto Nouuoduorr, de legitimo matrimonio et ex parentibus nobilibus et catholicis, quia ab omnibus publice, tam Cracoviae quam hic in Curia Regis, et per totum Regni [sic] fuit habitus et modo habetur, et ego cognovi quoque per alios eius fratres.

Iuxta 3^{m} respondit: Nescio, an dictus Episcopus habuit insignia doctoratus, sed bene scio illum studuisse, ut supra, et esse virum doctum, prout ab omnibus est requisitus.

Iuxta 4^{m} respondit: Dictum Episcopum fuisse Praelatum, ab decem annis et ultra fuisse Episcopum et pluries Missam illius audivi.

Iuxta 5 respondit: Dictum Episcopum nullum habere impedimentum, quod non possit mutari et transferri de Ecclesia Cathedrali Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem, et si haberet, scirem ex praedicta causa.

Iuxta 6 respondit: Dictum Episcopum esse vitae integritate, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut merito videatur transferri posse ut supra, et huiusmodi vero translationem fore profuturam dictae Ecclesiae eiusque gregi; et scio propter longam conversationem cum eo habitam, ut supra deposui.

[42r] Iuxta 7^{m} respondit: Scio dictum Episcopum esse solitum Missam

celebrare et Sacramenta frequentare, et quia vidi ut supra.

Iuxta 8 respondit: Ipsum esse et fuisse semper verum Catholicum et in Fidei puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum fuisse, timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio ex praedicta causa cognitionis.

Iuxta 9 respondit: Esse dictum et fuisse innocentia vitae, bonae famae et conversationis; et scio per conversationem cum eo ut supra.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum nec bigamum, et si esset, scirem ex praedicta causa cognitionis

Iuxta 11 respondit: Scio dictum Episcopum non esse in aliquo imputatum de re contra vitam, mores et fidem catholicam in Iudicio, nec extra, ob causas praedictas et nec etiam audivi.

Iuxta 12 respondit: Dictum Episcopum esse doctum, ut supra deposui, et pollere ea doctrina in similibus episcopis requisita, ut possit alios docere; et scio per praxim cum eo habitam ut supra.

Iuxta 13 respondit: Habuisse et habere dictum Episcopum Abbatiam Premetensem et in ea se exercuisse cum prudentia et doctrina, ut omnibus est notum; et scio ob praedictam causam cognitionis de eo habitam.

Iuxta 14 respondit: Nescire dicta beneficia esse incompatibilia et requirere residentiam, salvo Episcopatu.

Iuxta 15 respondit: Semper resedisse in loco requirente residentiam, exceptis temporibus Comitiorum, invasionis Tartarorum et residentiae ad Aulam; et id ut supra scio.

Iuxta 16 respondit: Dictum Episcopum nunquam permisisse per haereticos detinere bona suorum beneficiorum, quia si hoc fuisset, scirem per conversationem per hoc tempus cum eo habitam.

Iuxta 17 respondit: Non habere nec habuisse consuetudinem cum haereticis nec familiam haereticam, et si contrarium esset, scirem ob causam praedictam pratica cum eo habita.

Iuxta 18 respondit: Nunquam dedisse scandalum circa fidem et mores, imo oppositum, quia fuit semper vitae exemplaris; et scio per praxim cum eo habitam.

Iuxta 19 respondit: Ego cognovi dictum Episcopum esse prudentem, maturi consilii, vitae exemplaris, aliasque [42v] habere qualitates requisitas ad iurisdictionem praedictam, imo et ad maiorem, et cognovi a dicto tempore ut supra deposui in causa scientiae.

Deinde deventum fuit ad interrogatoria, ut supra data, super statu Ecclesiae et:

Iuxta primum respondit: Civitatem Premisliensem esse sitam in Palatinatu Russiae, iurisdictionis Ser.mi Regis Poloniae in temporalibus, et habere amplitudinem et magnum numerum animarum, et hoc scire de auditu.

Iuxta 2[m] usque ad duodecimum respondit scire de auditu.

Christophorus Brzozoscki, Notarius Terrae Bielscensis, Aulicus Sacrae Regiae Maiestatis, manu propria.

Quintus Testis

Eisdem anno [a] nativitate, mense, indictione, pontificatu quibus supra, die vero duodecima, pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Ill.mus et Rev.mus D.nus **Stanislaus Lubinski**, Episcopus Luceoriensis, aetatis suae annorum 54 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, super interrogatoriis ut supra datis, prout tacto pectore more Praelatorum iuravit, dixit et pro veritate deposuit ut infra, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco dictum Ill.mum D.num Episcopum Camenecensem ab annis viginti Gnesnae et alibi, quia ipse Rev.mus D.nus Episcopus Camenecensis erat Canonicus Gnesnensis et ego Praepositus, et deinde in Aula Ser.mi Regis Poloniae.

Iuxta 2 respondit: Dictum Rev.mum Episcopum esse oriundum ex Dioecesi Plocensi, de legitimo matrimonio, e catholicis et nobilibus parentibus natum, et esse aetatis annorum 54, et de hoc patet omnibus; et scio ex causa cognitionis praedicta.

Iuxta 3 respondit: Nescire ipsum esse Magistrum Sacrae Theologiae, sive in Iure Canonico, sed bene habere sufficientem doctrinam ad Episcopatum; et scio ex praedicta causa cognitionis.

Iuxta 4 respondit: Ab annis viginti dictum Episcopum esse Presbiterum, et ab annis decem esse Episcopum.

Iuxta 5 respondit: Non detineri dictum Episcopum aliquo impedimento, quod non possit transferri de eius Episcopatu ad Episcopatum Premisliensem; et scio per cognitionem et praxim cum eo habitam.

[43r] Iuxta 6 respondit: Dictum Episcopum esse integritate vitae, bonis moribus, pietate, doctrina et prudentia [praeditum], ita ut videatur mutari posse ut supra, eiusque translationem huiusmodi profuturam praedictae Ecclesiae eiusque gregi; et scio per cognitionem et praxim cum eo habitam.

Iuxta 7[m] respondit: Esse solitum quoque dictum Episcopum frequentare Sacramenta, Missam celebrare; scire, quia vidit illum id facere, tam in Civitate Gnesnensi, quam in Aula Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae.

Iuxta 8 respondit: Dictum Episcopum Camenecensem fuisse et esse verum Catholicum et in Fidei Catholicae puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum fuisse, imo fuisse semper timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio per praxim ut supra cum eo habitam.

Iuxta 9 respondit: Esse dictum innocentia vitae, bonae famae, conversationis; et pariter scio ut supra ex causa deposita.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum ergo nec bigamum; et scio ut supra deposui.

Iuxta 11 respondit: Non fuisse eidem Episcopo aliquid imputatum in Iudicio et extra de re contra vitam, mores et Fidem Catholicam, nec in alio; et id ut supra scio per praxim et longam conversationem cum eo habitam.

Iuxta 12 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et audivisse dictum Rev.mum Episcopum studuisse Romae et esse scientia praeditum in Episcopo requisita, ut possit alios docere; et scire ex causa cognitionis praedicta.

Iuxta 13 respondit: Scire ex causa praedicta dictum Episcopum habuisse et habere Abbatiam Premetensem, quae non est de residentia, in qua se exercuit cum omni doctrina et prudentia, ut omnibus est notum.

Iuxta 14 respondit: Scire tantum, quantum supra deposuit.

Iuxta 15 respondit: Semper resedisse in loco Cathedrali Ecclesiae [...] Episcopatu residentiam requirente, exceptis temporibus Comitiorum et quando debebat esse in Aula; et scio ut supra quia vidi.

Iuxta 16 respondit: Non permisisse per haereticos detinere bona suorum beneficiorum, et scire per praxim et cognitionem de eo habitam ut supra.

[43v] Iuxta 17 respondit: Nescio ipsum Episcopum habere familiam haereticam, aut familiarem consuetudinem cum illis, quam si habuisset, scirem per cognitionem ut supra de eo habitam.

Iuxta 18 respondit: Nescire ipsum Ill.mum D.num Episcopum Camenecensem dedisse aliquod scandalum, tam circa fidem quam circa mores; et scire, si dedisset, ex praedicta causa cognitionis et pratica.

Iuxta 19 respondit: Dictum Episcopum esse prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, et habere qualitates requisitas ad defensionem iurisdictionis Ecclesiae Premisliensis, ut digne promoveri posse videatur, etiam ad maiores dignitates; et scio per cognitionem et praxim cum eo habitam ut supra.

Deinde deventum fuit ad interrogatoria super statu Ecclesiae, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Civitatem Premisliensem esse sitam in districtu Leopoliensi, Provinciae Russiae, et esse satis amplam, et habere magnum numerum animarum, et habet Episcopum Graecum Unitum, et esse sub dominio Ser.mi Regis; et scire, quia id vidit.

Iuxta 2 respondit: Adesse Ecclesiam Cathedralem et non recordari sub qua invocatione, et est satis ampla et pulchrae structurae; et scire ex causa ut supra quia vidit, et modo nescire an indigeat aliqua reparatione.

Iuxta 3^{m} respondit: Adesse Sacrarium sacris suppellectilibus sufficienter ornatum, Campanile cum campanis, Chorum, Coemiterium, Organum, et alia ad Ecclesiam Cathedralem necessaria; et scio ut supra, quia ibi fui et vedi.

Iuxta 4^{m} respondit: Adesse pariter reliquias Sanctorum, quorum nume-

rum non recordor, et decenter servantur; et scio, quia fui et vidi ut supra.

Iuxta 5 respondit: Adesse Dignitates, Canonicatus et alia beneficia, et cultus divinus in ea exercetur diligenter; et scio ex causa qua supra.

Iuxta 6 respondit: Adesse prope dictam Ecclesiam domum pro habitatione Episcopi, et scit quia vidit a multis annis, et nescit an indigeat modo reparatione.

Iuxta 7 respondit: Non habere Seminarium puerorum instruendorum, sed tantum adesse [44r] Patres Societatis Iesu, et non adesse Monasteria Monialium, sed Monasterium dictorum Patrum Societatis Iesu et alia Monasteria; et scio, quia vidi, sed non recordor quaenam Monasteria sint.

Iuxta 8 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 9 respondit: Non recordare, an in dicta Ecclesia Cathedrali vel in aliqua alia exerceatur cura animarum, sed scire exerceri et adesse fontem baptismalem.

Iuxta 10 respondit: Dioecesim Premisliensem esse amplam et multa oppida continere; et scio ut supra.

Iuxta 11 respondit: Potest habere dicta mensa episcopalis decem millia florenos in annuis redditibus, nec est aliqua pensione gravata; et scio ex causa ut supra deposita, quia ibi fui et sum de praedictis informatus.

Iuxta 12 respondit: Ecclesiam Premisliensem esse vacantem seu vacaturam per translationem Ill.mi et Rev.mi D.ni Achatii Grochoscki, Episcopi Premisliensis, ad Ecclesiam Luceoriensem, si Ss.mo Domino N.ro placuerit, in causa scientiae.

Stanislaus Lubienski, Episcopus Luceoriensis, nominatus Plocensis.

Sextus Testis super vita et moribus

Eisdem anno, indictione, mense, nativitate, pontificatu quibus supra, die vero decima tertia. Pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Ill.mus D.nus **Nicolaus de Podhayce Wolski**, filius bonae memoriae Stanislai, Castellani Sanocensis[13], ex Provincia Masoviae, Marschalcus Regni Poloniae Supremus, aetatis suae annorum[a)], testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. ad Sancta Dei Evangelia iuravit, dixit et pro veritate deposuit prout infra, videlicet:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco dictum Episcopum Camenecensem occasione, qua fuit in Aula Ser.mi Regis ab annis quindecim incirca, et quo tempore versatus sum cum illo.

[44v] Iuxta 2[m] respondit: Dictum Episcopum Camenecensem esse oriundum ex Massovia, natum de legitimo matrimonio, ex catholicis et nobilibus

[13] Stanislaus de Podhajce Wolski († 1566), castellanus Ravensis a. 1563-1565, marescalcus aulae regiae a. 1564-1566, castellanus Sandomiriensis (non Sanocensis , sicut perperam scriptum est) ab a. 1565.

parentibus fuisse, prout ita ab omnibus est reputatus.

Iuxta 3 respondit: Nescire esse doctorem, sed habere scientiam et doctrinam sufficientem ad Episcopatum; et scio ex qua supra causa.

Iuxta 4 respondit: Non recordari, a quanto tempore dictus Rev.mus Episcopus sit Presbiter et a quo tempore sit Episcopus.

Iuxta 5 respondit: Nullo impedimento detineri dictum Episcopum, quod non transferri possit de Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem; et scio ut supra.

Iuxta 6 respondit: Esse integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut merito videatur posse transferri, et huiusmodi translationem fore profuturam Ecclesiae Premisliensi eiusque gregi; et ut supra scio.

Iuxta 7 respondit: Dictum Episcopum esse solitum frequentare Sacramenta et celebrare Missam; et scio, quia id vidi.

Iuxta 8 respondit: Fuisse et esse verum Catholicum et in fidei puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum fuisse, item timoratae conscientiae, zelantem salutis proximi et divini honoris; et scio, quia vidi et pro tali ab omnibus est reputatus.

Iuxta 9 respondit: Esse dictum innocentia vitae, bonae famae et conversationis; et scio ut supra.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum nec bigamum; et id ut supra scio.

Iuxta 11 respondit: nescire fuisse imputatum in aliquo contra bonos mores, vitam et Fidem Catholicam dictum Episcopum; et si esset imputatus, scirem ex causa praedicta.

Iuxta 12 respondit: Nescire dictum Episcopum studuisse in aliquo Generali Studio et Universitate, sed scire pollere ea doctrina, quae in Episcopo requiritur, ut eandem alios docere possit, et scire ex causa superius exposita.

Iuxta 13 respondit: Scire dictum Episcopum habuisse et habere Abbatiam Premetensem, et in ea se gessisse cum omni prudentia et doctrina, ut [45r] omnibus est notum; et scio, quia versatus sum cum illo, ut supra deposui.

Iuxta 14 respondit: Dictum Episcopatum requirere residentiam, ut notum est omnibus, quoad vero Abbatiam nescire.

Iuxta 15 respondit: Resedisse in eius Episcopatu et Abbatia, exceptis temporibus Comitiorum, incursionis Tartarorum et residentiae in Aula Ser.mi Regis Poloniae; et scio, quia versatus sum cum illo, ut supra dixi.

Iuxta 16 respondit: Nunquam permisisse, per haereticos detineri bona suorum beneficiorum, et si permisisset, scirem ex causa praedicta.

Iuxta 17 respondit: Ipsum Episcopum non habere familiam haereticam, nec familiaritatem cum illis haereticis, ut scio ut supra.

Iuxta 18 respondit: Nunquam audivisse nec scivisse dictum Episcopum

aliquod scandalum circa Fidem Catholicam et bonos mores dedisse; et si contrarium esset, scirem ex causa praedicta.

Iuxta 19 respondit: Dictum Episcopum esse prudentem, maturi consilii, vitae exemplaris, et habere qualitates requisitas, ita ut digne mutari possit ad dictam Ecclesiam, et maiores dignitates; et scio, quia versatus sum cum ipso et cognosco eius qualitates in causa scientiae.

Septimus Testis super vita et moribus

Eisdem anno, indictione, mense, nativitate, pontificatu quibus supra, die vero decima quarta, pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Generosus D.nus **Gregorius**, filius Sebastiani, Notarii Terrae Lancicensis[14], **Dunin**, Dapifer Terrae Ravensis, aetatis suae annorum 53 incirca, testis inductus, cui reiterato iuramento de veritate dicenda, prout tactis etc. iuravit, dixit et deposuit prout infra videlicet, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco Ill.mum D.num Adamum Novvodrovski, ab annis 30 incirca, in curia Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae moderni pro [45v] cubiculario, et tunc temporis ego inserviebam Ser.mae Reginae Annae Poloniae, et sic continue versabamur inter nos et usquequo versati sumus.

Iuxta 2^{m} respondit: Scio dictum Ill.mum Episcopum esse oriundum ex Palatinatu Massoviae, et natum de legitimo matrimonio, ex catholicis et nobilibus parentibus, et esse aetatis annorum 51 incirca; et scio, quia sum vicinus ipsius et ex dicta vicinitate et praxi cum eo habita.

Iuxta 3^{m} respondit: Scio ipsum esse doctorem seu magistrum in Sacra Theologia, quia ipse fuit Praesbiter Societatis Iesu, in qua diu stetit et semper studiis incubuit, et ego vidi studere ipsum in Collegio Boltoviensi[15], et postea rediit ad servitium Sacrae Regiae Maiestatis Suae.

Iuxta 4^{m} respondit: Scio ipsum esse Presbiterum et Episcopum, ex causa praedicta, quia versatus sum ut supra.

Iuxta 5 respondit: Nescio, quod sit astrictus aliquo impedimento, et si esset, scirem ex causa conversationis praedictae, ita quod possit mutari de Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem.

Iuxta 6 respondit: Dictum Episcopum esse integritate vitae, moribus bonis, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita quod ad dictam Ecclesiam transferri posse videatur, et huiusmodi translationem profuturam fore dictae Ecclesiae Premisliensi eiusque gregi; et scio ex continua conversatione cum eo habita.

Iuxta 7^{m} respondit: Dictum Ill.mum D.num Episcopum Camenecensem esse solitum frequentare Sacramenta et Missam Sacram celebrare; et scio,

---

[14] Sebastianus de Ujazd Dunin (†1586), notarius terrae Lanciciensis ab a. 1556.

[15] Agitur de collegio Pultoviensi (Pułtusk).

quia vidi hic Varsoviae.

Iuxta 8 respondit: Ipsum Episcopum fuisse et esse verum Catholicum et in Fidei Catholicae puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum fuisse, imo fuisse semper timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio ut supra.

Iuxta 9 respondit: Esse etiam innocentia vitae, bonae famae et conversationis; et scio ut supra.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum nec bigamum, et si esset vel fuisset, scirem ex causa praedicta.

[46r] Iuxta 11^{m} respondit: Nec dictum Episcopum fuisse imputatum in Iudicio, vel extra, in aliquo contra vitam, mores et Fidem Catholicam, et si esset, scirem ex praedicta causa cognitionis de eo.

Iuxta 12 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et dictum esse dignum non solam, ut supra deposui, sed maiores dignitates.

Iuxta 13 respondit: Habuisse Abbatiam et Episcopatum, in quibus resedisse, salvis certis temporibus Comitiorum, et in eis se exercuisse cum omni prudentia et doctrina, et ut supra scio.

Iuxta 14 respondit: Dicta beneficia nescire esse incompatibilia, sed in illis resedisse; et scio ex causa ut supra deposita.

Iuxta 15 respondit: Resedisse, ut supra deposui, excepto tempore Comitiorum et residentiae ad Aulam.

Iuxta 16 respondit: Nescire dictum Episcopum permisisse per haereticos detineri bona sua, et si permisisset, sciret, ex praedicta causa conversationis per tot temporis spatium, imo ipse est contrarius dictis haereticis; et scire ex praedicta causa.

Iuxta 17 respondit: Non habuisse nec habere familiaritatem cum dictis haereticis; et scio ut supra.

Iuxta 18 respondit: Non dedisse aliquod scandalum, nec circa fidem, nec circa mores, et si dedisset, scirem ex causa praedicta.

Iuxta 19 respondit: Fuisse et esse dictum Episcopum prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, et habere qualitates requisitas, ita quod reddit se aptum ad defensionem iurisdictionis dictae Ecclesiae, imo ad maiorem dignitatem; et scio ex praedicta causa et quia cognosco eius qualitates per conversationem, ut supra deposui in causa scientiae.

Octavus Testis super vita et moribus

Eisdem anno, indictione, mense, die, nativitate et pontificatu quibus supra, pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Generosus D.nus **Sigismundus Kazanovscki**, Capitaneus Aptenhausensis, filius Martini de Casanovv in Palatinatu Sandomiriensi, aetatis suae annorum 60, testis inductus, cui reiterato iuramento de [46v] veritate dicenda, prout tactis etc. iuravit, dixit et deposuit, prout infra, videlicet:

Iuxta primum respondit: Ego bene cognosco ab annis 20 dictum Ill.mum D.num Episcopum Camenecensem, quia insimul fuimus in servitiis Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae.

Iuxta 2[m] respondit: Scio, quod sit oriundus ex Masovia et natus dictus Episcopus de legitimo matrimonio et de catholicis et nobilibus parentibus, aetatis suae annorum 53 vel 54 incirca; et scio, quia versatus sum cum illo ut supra.

Iuxta 3[m] respondit: Nescio, quod dictus Episcopus sit doctor, sed bene scio ipsum Episcopum esse doctum, ex causis ut supra.

Iuxta 4[m] respondit: Semper cognovisse sacerdotem dictum Episcopum, et Episcopum ab annis 13 incirca.

Iuxta 5 respondit: Eundem Episcopum non detineri aliquo impedimento, ut de Ecclesia Camenecensi ad Ecclesiam Premisliensem transmitti non possit; et scio ex praedicta causa ut supra deposita.

Iuxta 6 respondit: Esse dictum Episcopum integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut merito videatur posse transferri ad dictam Ecclesiam, et translationem huiusmodi fore profuturam Ecclesiae Praemisliensi et eius gregi; et scio per cognitionem ut supra.

Iuxta 7 respondit: Ipsum Ill.mum D.num Adamum Episcopum Camenecensem esse solitum Sacramenta frequentare ac Missam celebrare, quia id vidi, tam in Masovia, quam hic in Varsavia.

Iuxta 8 respondit: Dictum Episcopum fuisse et esse verum Catholicum et in Fidei Catholicae puritate permansisse, nec ulla unquam haeresi suspectum fuisse, imo fuisse timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio, quia ita audivi et vidi.

Iuxta 9 respondit: Ipsum esse innocentia vitae, bonae famae; et scio quia vidi ut supra.

Iuxta 10 respondit: Non fuisse coniugatum; et scio ut supra.

Iuxta 11 respondit: Non fuisse aliquid ei imputatum in Iudicio et extra de Fide Catholica et bonis moribus; et scio [ex] causa ut supra.

Iuxta 12 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et studuisse dictum Episcopum apud [47r] Patres Societatis Iesu a teneris annis, et habere, ut credo et scio, sufficientem scientiam, quae requiritur in simili Episcopo; et scio ex causa ut supra.

Iuxta 13 respondit: Habuisse dictum Episcopum Abbatiam Premetensem et Canonicatum Loviciensem, quam Abbatiam modo retinet, et in illis se exercuisse cum doctrina et prudentia et regimine ut decet Episcopos; et scio ex causa superius dicta.

Iuxta 14 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 15 respondit: Ipsum resedisse certis temporibus in eius Ecclesia, certis vero non, scilicet tempore Comitiorum, incursionis Tartarorum et residentiae ad Aulam; et scio ut supra.

Iuxta 16 respondit: Nescire fecisse ipsum retinere bona sua per haereti-

cos, quia est illis contrarius; et scio ex causa superius dicta.

Iuxta 17 respondit: Nec habuisse familiam haereticam, nec familiaritatem cum illis, quia illos persequitur; et scio ut supra.

Iuxta 18 respondit: Nec dedisse aliquod scandalum circa fidem et mores, et id ut supra scio, quia versatus sum cum illo.

Iuxta 19 respondit: Esse dictum Episcopum prudentem, maturi consilii et vitae exemplaris, et habere alias qualitates ad defensionem iurisdictionis Ecclesiae Premisliensis, ita ut ad illam de Ecclesia Camenecensi transferri possit; et scio per conversationem diu cum eo habitam in causa scientiae.

Nonus Testis super statu Ecclesiae

Eisdem anno, mense, indictione, die et pontificatu quibus supra, pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, adm. Rev.dus D.nus **Zaccharias Szyski**, filius Melchioris, ex districtu Premisliensi et Palatinatu Russiae, aetatis suae annorum 26, testis inductus, cui reiterato iuramento de [47v] veritate dicenda, prout tactis etc. iuravit et dixit et deposuit prout infra, videlicet super interrogatoriis statum Ecclesiae Premisliensis concernentibus, omnibus aliis, super quibus fecerunt satis supradicti testes, examinatis pro veritate, ut supra, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Civitas Premisliensis est sita in Provincia Russiae, prope flumen Sanum, est Civitas ampla et numerus animarum Catholicorum Latinorum est trium millium incirca, et subiacet dominio in temporalibus Ser.mi Regis Poloniae.

Iuxta 2^{m} respondit: Adesse in dicta Civitate Cathedralem Ecclesiam sub invocatione Sancti Ioannis Baptistae, muris constructam et satis amplam, nec indigere aliqua reparatione nisi ordinaria; et scio, quia permansi in dicta Civitate per sex menses, iam sunt duo anni, et pluries fui in dictis duobus annis, cum mea patria distet tantum a dicta Civitate per septem milliaria.

Iuxta 3 respondit: Adesse Sacrarium in dicta Cathedrali Ecclesia sacra suppellectili sufficienter ornatum, Campanile cum campanis, Chorum, Organum, Coemiterium et alia ad Ecclesiam Cathedralem necessaria; et scio, quia vidi ut supra.

Iuxta 4 respondit: Adesse etiam reliquias Sanctorum decenter servatas in reliquiariis argenteis; et scio, quia saepius vidi.

Iuxta 5 respondit: Adesse quoque dignitates, videlicet Decanatum, Praeposituram, Cantoriam, Archidiaconatum et Custodiam, et post pontificalem est Decanatus. Adesse quoque Canonicos. Sunt etiam Vicarii Canonicorum, qui serviunt ad canendum. Sunt Altaristae et Mansionarii, qui semper canunt Officium Beatae Mariae Virginis et Missam; et scio, quia fui et vidi ut supra.

Iuxta 6 respondit: Adesse domum prope Ecclesiam Cathedralem pro habitatione dicti [48r] Episcopi et Canonicorum, nec indigere reparatione aliqua nisi ordinaria; et scio ex causa praedicta.

Iuxta 7 respondit: Adhuc non esse Seminarium puerorum, sed esse Scholam Parrochialem pro instruendis pueris, et esse Monasterium Monialium sub regimine Rev.dorum Fratrum Ordinis Praedicatorum. Adesse etiam residentiam Patrum Societatis Iesu, Monasterium Fratrum Ordinis Praedicatorum, Monasterium Sancti Francisci Conventualium et Discalceatorum, et Hospitale, et unam Confraternitatem Ss.mi Corporis Christi laicorum in Ecclesia Cathedrali; et scio, quia vidi ut supra.

Iuxta 8 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 9 respondit: Curam animarum exerceri in Ecclesia Cathedrali, quae cura est penes ipsos Vicarios, et sunt quoque Moniales Sancti Benedicti versus flumen Sanum, quod modo construitur; nec ibi adsunt aliae Ecclesiae Parrochiales; et solum in Cathedrali est fons baptismalis; et scio ex causa qua supra.

Iuxta 10 respondit: Dioecesim Premisliensem esse milliarium Polonorum per longitudinem 40, et continere in se oppida et loca, et praesertim Jaroslaviam, in quo oppido est Ecclesia Collegiata sub regimine Ill.mae Ducissae Ostrogoviae[16]; et scio ut supra, quia fui et vidi.

Iuxta 11 respondit: Redditus dictae mensae episcopalis temporibus calamitatis possunt esse octo mille [sic] floreni incirca, tempore vero felici possunt esse 12 mille [sic] floreni incirca, nec scio esse pensione gravata cum reliquis; scio, quia fui et vidi, ut supra deposui.

Iuxta 12 respondit: Ecclesiam Premisliensem vacare seu vacaturam esse per translationem ad Episcopatum Luceoriensem Ill.mi et Rev.mi D.ni Achatii illius Episcopi; et scio, [48v] quia ego ipse Episcopo Premisliensi inservivi in causa scientiae.

Et ita pro veritate deposui ego, Zaccharias Novvoskiscki, manu propria.

[Decimus Testis super statu Ecclesiae]

Eisdem anno, indictione, mense, die et pontificatu quibus supra, pro eodem, contra eosdem, fuit ubi supra et per quem supra, Venerabilis **Adamus Kominiescki**, clericus notarius, filius bonae memoriae Nicolai de Dioecesi Cracoviensi, aetatis suae annorum 37 incirca, testis inductus, cui pariter reiterato iuramento de veritate dicenda, super interrogatoriis concernentibus statum Ecclesiae Premisliensis omissis aliis, super quibus fuerunt satis super examinati alii testes, prout tactis etc. iuravit, dixit et deposuit pro veritate prout infra videlicet, et primo:

---

[16] Anna ex stirpe Ostrogiorum (Ostrogski) Chodkiewicz (1600-1654), filia Alexandri Ostrogski (†1603), heres magnae fortunae, praeter alia possidebat Iaroslaviam (Jarosław), ab a. 1620 uxor Ioannis Caroli Chodkiewicz (†1621).

Iuxta primum respondit: Ecclesia Premisliensis sive Civitas Premisliensis est sita in partibus Russiae, est ampla per triginta milliaria, et nescire numerum animarum, qui est infinitus, et subiacet in temporalibus dominio Ser.mi Regis Poloniae, et scire eo, quia fuit in dicta Civitate per decem annos continuos ad servitium ipsius Ecclesiae Premisliensis, scilicet ab anno 1607 usque ad 1616.

Iuxta 2 respondit: In Civitate Premisliensi esse Ecclesiam Cathedralem sub invocatione Sancti Ioannis Baptistae, satis pulchrae structurae, satis capacem et amplitudinis, et non indigere aliqua reparatione nisi ordinaria; et scio, quia fui et vidi ut supra.

Iuxta 3 respondit: In dicta Ecclesia adesse Sacrarium sacris suppellectilibus sufficienter ornatum, Campanile cum campanis, Chorum, Organum, Coemiterium et alia ad Ecclesiam Cathedralem necessaria et requisita; et scio, quia fui et vidi ut supra.

Iuxta 4 respondit: Adesse reliquias Sanctorum, quorum numerum nescire, et decenter [49r] asservantur; et scio ex praedicta causa ut supra, quia fui et vidi.

Iuxta 5 respondit: Decanatum esse primam dignitatem post pontificalem. Adesse quoque alias dignitates: Praeposituram, Archidiaconatum, Custodiam, Canonicatus Vicarios curam habentes animarum, et suo tempore orant, seu et diligenter exercetur cultus divinus. Sunt etiam sex mansionarii. Et scio ex causa praedicta.

Iuxta 6 respondit: Adesse prope dictam Ecclesiam Cathedralem domum pro habitatione Episcopi et Canonicorum, nec indigere illo tempore reparatione; et scio ut supra.

Iuxta 7 respondit: Non fuisse Seminarium tunc temporis, modo adesse Monasterium Patrum Sancti Francisci Conventualium et Monialium Sanctae Catherinae, vulgo nuncupatarum Sancti Dominici, et adesse Monasterium Patrum Sancti Dominici Ordinis Praedicatorum; et scio ut supra.

Iuxta 8 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et adesse Confraternitatem Ss.mi Corporis Christi laicorum et Hospitale Ecclesiae Sancti Spiritus, et scire causa qua supra.

Iuxta 9 respondit: Exerceri curam animarum in dicta Ecclesia Cathedrali per Vicarios, nec esse alias Ecclesias Parrochiales, et ibi adest fons baptismalis; et scio ut supra.

Iuxta 10 respondit: Dioecesim Premisliensem esse amplam et nescio quot oppida in se contineat, reliqua scire ut supra.

Iuxta 11 respondit: Redditus mensae episcopalis possunt esse florenorum 12 millia et plus et minus; et scio ut supra.

Iuxta 12 respondit: Ecclesiam vacare seu vacaturam esse per translationem Ill.mi et Rev.mi D.ni Achatii Grochoscki de dicta Ecclesia Premisliensi ad Ecclesiam Luceoriensem in causa scientiae.

Et ita pro veritate deposui ego, Adamus Komoniowski, manu propria.

[Iuramentum]

Eisdem anno, indictione, mense, pontificatu quibus supra, die vero decima quinta. Praesens personaliter existens Ill.mus et Rev.mus D.nus Adamus Novvodrovvski, Episcopus [49v] Camenecensis, Abbas Premetensis, coram Ill.mo et Rev.mo D.no Antonio Sancta Crucio, Archiepiscopo Seleuciensi et in hoc amplissimo Poloniae Regno cum facultatibus Legati de latere Nuntio Apostolico, meque Notario Publico et Cancellario infrascripto, et stante processu ut supra fabricato, prout etiam institit se admitti ad praestationem iuramenti professionis fidei, prout dictus Ill.mus D.nus Nuntius Apostolicus eundem Ill.mum D.num Episcopum ad praestationem iuramenti professionis fidei admisit, et ideo genuflexus dictus Ill.mus D.nus Episcopus coram dicto Ill.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico in eius manibus solemniter fidei professionem emisit, iuxta Constitutionem felicis recordationis Pii Papae Quarti, et ubi proprium nomen est expressum. Illud dictus Ill.mus D.nus Episcopus sua propria manu scripsit, praedictamque fidei professionem praedictus D.nus Nuntius recepit et admisit, tenoris videlicet:

(b-Ego, Adamus Novvodrovvski, Episcopus Camenecensis, Abbas Premetensis, firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: *Sequitur professio fidei eiusdem tenoris ac apud Biliński ANP XXIV/1, p. 371-372.*

Ego, Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis, Nuntius Apostolicus, suprascriptum professionis fidei iuramentum admisi et recepi.-b)

[Attestationes]

Super quibus omnibus et singulis petitum fuit [a me] eodem Notario publico, ut unum [51r] conficerem instrumentum, actum Varsoviae in Palatio solitae residentiae dicti Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sancta Crucii, Nuntii Apostolici, praesentibus ibidem audientibus et intelligentibus testibus videlicet: Perillustri et adm. Excellenti et Rev.do D.no Cipriano Bardino IUD, filio bonae memoriae Michaelis de Volterra, Curiae Causarum praedicti Ill.mi et Rev.mi D.ni Nuntii Apostolici Generali Auditore et Iudice ordinario; et adm. Rev.do et Excellente D.no Ventura de Rubeis IUD, Praefecto Domus praedicti Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici, testibus ad praemissa omnia et singula vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

Quibus quidem sicut supra gestis et perfectis, praedictus Ill.mus et Rev.mus D.nus Adamus Novvodrovvski, Episcopus Camenecensis, infrascripta die coram nobis, Ill.mo Antonio Sancta Crucio, Nuntio Apostolico, comparuit petitque literas et processum de et super omnibus et singulis praemissis claudi et sigillari, et clausum et sigillatum, ut moris est, sibi

decerni et tradi ad effectum petitum.

Nos igitur attendentes requisitionem huiusmodi esse iustam et rationi consonam, eidem Ill.mo ac Rev.mo D.no Adamo, Episcopo praedicto, processum clausum et sigillatum concedendum iussimus, prout per praesentes concedimus, decernentes praedictis omnibus et singulis tamquam rite et recte gestis plenam indubitatam fidem in iudicio et extra adhibendam esse ubique locorum. In quorum fidem praesentes, propria nostra manu subscriptas, per infrascriptum Curiae nostrae Cancellarium subscribi mandavimus, sigillique nostri, quo in talibus utimur, fecimus impressione muniri. Datum Varsoviae, in loco nostrae solitae residentiae, Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, die vero decima sexta Iulii, pontificatus in Christo Patris et D.ni N.ri D.ni Urbani, divina providentia Papae Octavi, anno eius quarto.

[c-Ego, Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis, Nuntius Apostolicus, fidem supradictis testibus et eorum dictis adhibendam esse censeo et de promovendo bene sentio.-c]

Et quia ego, Paulus Roscius, filius Liberati de Monteforcino, Firmanae [51v] Dioecesis Clericus, publicus Apostolica auctoritate Notarius, in Archivo Romanae Curiae descriptus, et Curiae Causarum dicti Ill.mi et Rev.mi D.ni Nuntii Apostolici Cancellarius, de omnibus et singulis praemissis, dum sicut praemittitur fierent et agerentur, per praedictum Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium et coram eo una cum praenominatis testibus rogatus fui, ideo praesentis processus instrumentum subscripsi et publicavi requisitus.

Nos, Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis et in hoc amplissimo Poloniae Regno, cum facultatibus Legati de latere Nuntius Apostolicus, universis etc. tenore praesentium attestamus suprascriptum D.num Paulum Roscium de praemissis rogatum fuisse et esse publicum, legalem et authenticum Notarium et Curiae nostrae Causarum Cancellarium, eiusque scripturis, tam publicis quam privatis, per eum modo et forma praemissis confectis plenam et indubiam, semper ab omnibus ubique locorum adhibitam fuisse et de praesenti adhiberi fidem, in iudicio et extra. In quorum etc. Datum Varsaviae, ex aedibus nostris, die vigesima secunda Iulii 1627.

[c-Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis,
Nuntius Apostolicus-c]

a) *Numerus annorum deest.*
b-b) *In f. 52r-v eadem professio fidei manu propria episcopi conscripta, subscriptione autographa nuntii instructa.*
c-c) *Autographum.*

A. 2.

Processus informativus Achatii Grochowski ad episcopatum Luceoriensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 10-22 VII 1627.

Acta processus informativi Achatii Grochowski, epi Premisliensis, ad sedem Luceoriensem, quae post Stanislai Łubieński ad episcopatum Plocensem (post obitum Hieronymi Cielecki) translationem vacabat, promovendi. Enumerantur nomina testium et afferuntur interrogationes ipsis positae de persona nominati et statu dioecesis. Adducuntur responsa Nicolai Sapieha, palatini Novogrodensis, Maximiliani Przerębski, castellani Siradiensis et referendarii Regni, Nicolai Sterczewski, secretarii maioris Regni, Pauli Sapieha, vicecancellarii Lithuaniae, Christophori Brzozowski, notarii terrae Bielscensis, Pauli Piasecki, abbatis Clarae Tumbae, Petri Gembicki, regentis cancellariae Regni, Stanislai Łubieński, epi nominati Plocensis, Martini Starczewski, decani Lanciciensis. Sequuntur iuramentum et professio fidei Achatii Grochowski, attestatio iuramenti a nuntio facta, attestationes authenticitatis actorum processus a testibus, deinde a notario factae, et confirmatio facultatum notarii atque attestatio fidei huic instrumento adhibendae per nuntium facta.

Or.: AV, AC, Proc. Consistoriales, ms. 24 f. 821r-840v. In f. 842r decisio Curiae Romanae: "Ego Cos[mus] Card. de Torres relationem facturus pro certo existimo Rev.dum Patrem D.num Achatium Grocovski, Episcopum Premisliensem, idoneum esse ut ad Ecclesiam Luceoriensem transferatur. Cosmus Cardinalis de Torres, relator; idem sentio ego, Octavius, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Bandinus; idem sentio ego, Scipio Cardinalis Burghesius; idem censeo ego, Hipolitus Diaconus Cardinalis Aldobrandinus".

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Praesenti publico instrumento... *etc. formulae similes ac in A. 1, p. 315-316.*

[821v] **Nomina testium examinandorum**

1. Illustris et Magnificus D.nus Nicolaus Sapieha, Palatinus Novogrodiensis.
2. Illustris et Magnificus D.nus Maximilianus Przerembski, Referendarius Regni.
3. Perillustris et Rev.mus D.nus Nicolaus Szyszkowski, Secretarius Regni Maior.
4. Illustris et Magnificus D.nus Paulus Sapieha, Vicecancellarius Magni

Ducatus Lithuaniae[17].

5. Generosus D.nus Christophorus Brzozowski, Notarius Terrae Bielsciensis.
6. Perillustris et Rev.mus D.nus Paulus Piasecki, Abbas Clarae Tumbae.
7. Perillustris et Rev.mus D.nus Petrus Gembicki, Regens Cancellariae Minoris Regni[18].
8. Perillustris et Adm. Rev.mus D.nus Ioannes Lipski, Regens Cancellariae Minoris.
9. Ill.mus et Rev.mus D.nus Stanislaus Lubienski, Episcopus Luceoriensis, Regni Vicecancellarius.
10. Adm. Rev.dus D.nus Martinus Starczewski, Decanus Lanciciensis, Canonicus Gnesnensis.

In f. 821v-822v sequuntur 19 interrogationes ad personam candidati pertinentes eiusdem tenoris ac in A. 1 (vide p.317-318), deinde in f. 822v-823r leguntur 12 quaestiones ad statum dioecesis spectantes, sicut in A. 1 (vide p. 318-319).

[Primus testis]

[in f. 823r] Eisdem Anno, Indictione, Mense et Pontificatu quibus supra, die vero decima Mensis Iulii. Pro Ill.mo et Rev.mo D.no Achatio Grochowski, Episcopo Praemisliensi, contra quoscunque, examinatus fuit Varsaviae in Palatio Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Santacrucii, Nuntii Apostolici praedicti, et coram eo, Ill.ris et Magnificus D.nus Nicolaus Sapieha, Palatinus Novogrodiensis, filius Ill.mi D.ni Bogdani, Palatini Minscensis, Vicecancellarii Magni Ducatus Lithuaniae, aetatis suae annorum 62 incirca, testis vocatus, cui reiterato iuramento prout tactis etc. iuravit ad Sacrosancta Dei Evangelia de veritate dicenda, super interrogatoriis ut supra datis, et primo:

Iuxta primum respondit: Cognosco Dictum Ill.mum et Rev.mum D.num Achatium Grochowski, Episcopum Praemisliensem ab annis quindecim incirca, in Aula Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, hic Varsaviae, et ab illo tempore usque hic semper versatus sum cum illo.

[823v] Iuxta 2^{m} respondit: Scio quod est oriundus in Provincia Russiae Rubrae et est ortus de legitimo matrimonio ex Catholicis et nobilibus parentibus, et est aetatis annorum qudraginta quinque incirca, quia semper versatus sum cum illo, et pro tali in Aula praedicta et extra, semper ab omnibus est reputatus, prout ego reputavi et reputo, et quod sit dictae aetatis videtur ex aspectu, et eiusdem vel similis aetatis ab omnibus existimatur, prout ego pariter existimo.

---

[17] Paulus Sapieha (1565-1635), vicecancellarius Lithuaniae ab a. 1623.

[18] Petrus Gembicki (1585-1657), regens cancellariae Regni ab a. 1617, secretarius maior Regni ab a. 1633, vicecancellarius ab a. 1635, cancellarius ab a. 1638, epus Cracoviensis ab a. 1643.

Iuxta tertium respondit: Nescio, quod dictus Episcopus sit Doctor in Sacra Theologia vel in Iure Canonico.

Iuxta quartum respondit: Non recordari a quanto tempore citra dictus Ill.mus sit Praesbiter, sed scio, quod ab annis quinque sit Episcopus, quia eum vidi a dicto tempore citra in habitu episcopali in Aula Sacrae Regiae Maiestatis et alibi.

Iuxta quintum respondit: Nescio dictum Ill.mum Episcopum habere aliquod impedimentum, quod posset impedire eum ad assequendum dictum Episcopatum Luceoriensem, et si haberet, scivissem ex causa conversationis et prattica ut supra.

Iuxta sextum respondit: Cognosco dictum Ill.mum D.num Episcopum esse magna integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ut merito non solum reputetur dignus ad dictam Ecclesiam Luceoriensem, verum etiam ad maiores dignitates, et esse profuturum dictae Ecclesiae, quia semper vidi et inspexi in dicto Episcopo tales et maiores qualitates, et non tantum in Aula praedicta, sed etiam alibi semper fuit et est reputatus.

Iuxta septimum respondit: Cognovi eum tam ante quam esset Episcopus dictus Ill.mus D.nus Achatius, quam etiam postea semper pro persona Catholica et religiosa, et nunquam fuisse suspectum de haeresi, nec de alia notula maculae, quae impediat huiusmodi translationem, quia semper illum vidi timoratae conscientiae, divini honoris et proximi salutis zelantem; et scio ex causa ut superius dixi.

Iuxta nonum respondit: Esse ut supra bonae conscientiae, vitae, famae et conversationis, quia vidi ut supra.

Iuxta decimum respondit: Nunquam fuisse dictum Ill.mum D.num Episcopum coniugatum, quia si esset, scivissem ex causis praedictis.

[824r] Iuxta undecimum respondit: Non audivi fuisse unquam dicto Ill.mo D.no Episcopo aliquid imuptatum in Iudicio et extra de re tangente vitam, mores et fidem, sed semper fuisse personam exemplarem, et si esset contrarium, scivissem ob causas praedictas, prout omnibus est notum.

Iuxta duodecimum respondit: Non vidi eum studere in aliqua Universitate et Collegio, sed scio ipsum Episcopum esse valde doctum et reputatum pro tali, quia secum versatus sum ut supra.

Iuxta 13 respondit: Non recordari, quod antequam dictus Ill.mus Achatius esset Episcopus, haberet aliqua beneficia, sed modo est Episcopus; et scio ex causa praedicta.

Iuxta 14 respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 15 respondit: Semper audivisse, quod ipse Ill.mus D.nus Episcopus habuit residentiam ad Ecclesiam propriam Episcopalem, et si fuit aliquando absens, fuit causa Comitiorum et invasionis Tartarorum, et nunquam fuisse absentem absque causa a dicta Dioecesi, et de hoc est publica vox et fama.

Iuxta 16 respondit: Nescire, quod dictus Ill.mus D.nus Episcopus permiserit haereticos retinere bona dictae suae Ecclesiae Episcopalis, imo semper fuit illis contrarius, prout est notum tam in dicta Aula Regia Poloniae, quam alibi.

Iuxta decimum septimum respondit: Nescire, quod dictus Ill.mus Episcopus habeat aliquam familiaritatem cum haereticis, et si esset, esset ad bonum finem, cum semper fuerit illis contrarius, ut omnibus patet; et scio ex causa praedicta.

Iuxta decimum octavum respondit: Nescire, quod ipse dederit aliquod scandalum, quia si dedisset, scivissem, ut scio esse praeditum et ornatum optimis moribus et aliis qualitatibus, ut supra deposui.

Iuxta decimum nonum respondit: Ego superius dixi cognovisse Ill.mum D.num Episcopum ornatum optimis qualitatibus, et esse maturi consilii, vitae exemplaris et doctrina praeditum, ut non solum ad dictam Ecclesiam, verum etiam ad maiores dignitates esse aptum et idoneum; et scio, quia ipsum cognovi et ex causis praedictis.

[824r] Deinde deventum fuit ad interrogatoria super statu Ecclesiae Cathedralis Luceoriensis.

Iuxta primum respondit: Civitatem Luceoriensem esse sitam in Palatinatu seu Provincia Voliniae, esse satis amplam, cuius numerum animarum ignoro, et est sub dominio in temporalibus Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae; et praedicta scio, quia fui in dicta Ecclesia et habeo ibidem bona, prout etiam alii mei consanguinei.

Iuxta 2 respondit: In dicta Civitate adesse Cathedralem Ecclesiam, et non recordari sub quo titulo sit dicta Ecclesia. Et est ampla et muris constructa, et nescire, quod indigeat aliqua reparatione, quia non animadvertit.

Iuxta 3 respondit: Dictam Ecclesiam esse ornatam Sacris suppellectilibus, adesse Sacrarium, Campanile cum campanis, Chorum, Organum, Coemiterium et alia ad Ecclesiam praedictam necessaria et spectantia, quia ibi fui, Missam audivi et omnia vidi, et nullum defectum notavi.

Iuxta 4 respondit: Nescire, utrum sint reliquiae Sanctorum, et quo ornamento servatae sint.

Iuxta quintum respondit: Nescire adesse dignitates de certo, sed videtur sibi esse duodecim Canonicos incirca, et recordatur esse Archidiaconum, sed non esse divites, nec habere magnos redditus; et scit, quia ibi fuit, vidit ut supra, et credit exerceri cultum divinum diligenter, quamvis ibi non fuerit frequens, sed pro illo tempore quo ibi fuit, vidit exerceri cultum divinum ut supra.

Iuxta sextum respondit: Adesse domum prope Ecclesiam pro habitatione Episcopi, et nescit an indigeat aliqua reparatione.

Iuxta septimum respondit: quod tunc temporis quo ipse fuit, non erat Seminarium, sed postea audivit esse constructum Seminarium, et nescire

numerum studentium.

Iuxta octavum respondit: Nescio adesse Monasteria Monialium, sed adesse Monasteria Fratrum Sancti Dominici et aliorum; et scit, quia fuit et vidit.

[825v] Iuxta nonum respondit: Exerceri curam animarum solum in dicta Ecclesia Cathedrali, et ibidem esse fontem baptismalem, quia vidi et fui ut supra.

Iuxta decimum respondit: Ecclesiam Luceoriensem habere multa oppida, et nescire numerum illorum.

Iuxta undecimum respondit: Introitus Ecclesiae Luceoriensis se nescire, sed palam et publice teneri esse florenos viginti mille [sic] et plus et minus, secundum recollectas et valorem frumentorum.

Iuxta duodecimum respondit: quod Ecclesia Luceoriensis est vacatura per translationem Episcopi ultimi possessoris ad Ecclesiam Plocensem, ut notorium est in Regno Poloniae. In causa scientiae.

Et ita pro veritate deposui, Nicolaus Sapieha, Palatinus Novogrodiensis, manu propria.

Sequuntur in f. 825r-837r responsa reliquorum testium, ex quibus Maximilianus Przerębski, Nicolaus Szyszkowski, Paulus Piasecki, Petrus Gembicki, Ioannes Lipski et Martinus Starczewski tantummodo ad interrogationes ad candidatum spectantes, Paulus autem Sapieha, Christophorus Brzozowski et Stanislaus Łubieński etiam ad quaestiones de statu dioecesis respondent. In his responsis magna ex parte repetuntur informationes a Nicolao Sapieha datae (vide supra), excepto responso, quod sequitur:

[Secundus testis]

[825v] Iuxta 4 respondit: Esse fortasse viginti annos, quod dictus Ill.mus est in Sacris Ordinibus constitutus, et Episcopum esse ab annis quinque citra; et scio quia eum cognovi ut supra.

[...]

Iuxta duodecimum respondit: Nescire, quod dictus Rev.mus Episcopus sit versatus in aliquo Collegio et Universitate causa studii, sed bene cognosco et scio eum dedisse operam studiis, tam Romae, quam etiam in aliis locis, cum magno fructu, quia vidi eum disputare cum multis, et etiam mecum, tam hic Varsaviae [826r], quam Cracoviae et alibi disputaverat, ita quod posset alios docere, ut requiritur pro dignitate Episcopali.

[...]

Et ita pro veritate deposui, Maximilianus de Przeramb, Castellanus Siradiensis, Referendarius Regni, Sacrae Regiae Maiestatis Supremus Aulae Praefectus.

[Tertius testis]

[826v] Iuxta primum interrogatus respondit: Cognosco Ill.mum et Rev.mum D.num Achatium Grochowski, Episcopum Praemisliensem, ab annis viginti citra, et primo in urbe, quia secum ivi Romam de anno 1608, et occasione dicti itineris et a dicto tempore citra continuavi cum eo amicitiam, tam in Aula Sacrae Regiae Maiestatis, quia dictus Ill.mus Secretarius erat Sacrae Regiae Maiestatis, et quia semper versatus sum cum illo.

[...]

Iuxta 3[m] respondit: Nescire dictum Ill.mum D.num Episcopum esse Doctorem Sacrae Theologiae, sed scio, quod studuit Romae, Perusii et Moguntiae, tam quia vidi, tam etiam respective quia ita audivi.

[...]

[827v] Nicolaus Szyszkowski, Secretarius Regni Maior, ita deposui pro veritate ut supra, manu propria.

[...]

[Quartus testis]

[828v] Iuxta 13 respondit: Scio praefatum Ill.mum D.num Episcopum habuisse Cantoriam Gnesnensem, Canonicatum Cracoviensem, Praeposituram Lanciciensem et Sandomiriensem, in quibus aliquando non resedit, dum erat praepeditus servitiis Sacrae Regiae Maiestatis.

[...]

[829r] Et ita pro veritate deposui, Paulus Sapieha, Vicecancellarius Magni Ducatus Lithuaniae, manu propria.

[...]

[835v] **[Nonus testis]**

Deinde deventum fuit ad interrogatoria super statu Ecclesiae Luceoriensis.

Iuxta primum respondit: Civitas Luceoriensis est posita in Provincia seu Districtu Volhiniae, et per longitudinem Dioecesis est centum sexaginta milliaria, et habet in sua Dioecesi quatuor Episcopos Ruthenos Unitos[19], et numerus animarum est infinitus, et subiacet dominio in temporalibus Sacrae Regiae Maiestatis, et haec scio, quia ego sum Episcopus de praedictis informatus.

Iuxta secundum respondit: Adesse Cathedralem in dicta Civitate sub invocatione Sanctissimae Trinitatis, opitmae structurae, satis capacem, quamvis indigeat aliqua reparatione ordinaria; et scio ut supra.

Iuxta tertium respondit: Adesse Sacrarium sacra suppellectili sufficien-

---

[19] Intra fines episcopatus Luceoriensis continebantur duae dioeceses (eparchiae) Ruthenae unitae, Vladimiriensis et Luceoriensis, necnon pars dioecesis metropolitanae Kioviensis (palatinatus Braclaviensis) et pars eparchiae Pinscensis.

ter ornatum, Campanile cum campanis, Coemiterium et alia ad praedictam Cathedralem requisita et necessaria; et scio ut supra.

Iuxta quartum respondit: Multos adesse reliquias Sanctorum, quae bene asservantur et decenter; et scio ut supra.

Iuxta quintum respondit: Adesse quoque Dignitates post pontificalem, scilicet Praeposituram maiorem, Decanatum, Archidiaconatum et Custodiam, et ultra dignitates praedictas sunt septem Canonici et sunt Vicarii, Mansionarii, quod in totum faciunt numerum 27, et diligenter exercetur cultus divinus; et scio ut supra.

Iuxta sextum respondit: Adesse prope Ecclesiam domum, in qua Episcopus et reliqui fere omnes possunt cohabitare, et non indigeat, nisi ordinaria reparatione, et nec aliqua pars domus minatur ruinam.

Iuxta septimum respondit: Non adesse Seminarium puerorum instruendorum, sed modo esse in fieri et institutum, et debet quam primum perfici, et habet quolibet anno reddituum florenos 800, adesse etiam Seminarium seu Collegium Patrum Societatis Iesu, et modo fundatur Monasterium Monialium Sanctae Brigidae, et adest Monasterium Patrum Sancti Dominici in eadem Civitate. Est etiam alter Episcopus Luceoriensis, qui asseritur Graecus, alter Latinus uniti; et scio, quia ego sum in dicta Civitate Episcopus.

Iuxta octavum respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et sunt in dicta Civitate plures Confraternitates Ruthenorum, cum maior pars, imo fere omnes [836r] sunt Rutheni, nisi illi qui veniunt [ex] Polonia, et Hospitalia sunt Ruthena; et scio ut supra.

Iuxta nonum respondit: Adesse Cathedralem Ecclesiam, in qua adest fons baptismalis et cura animarum exercetur; et ut supra scio.

Iuxta decimum respondit: Dioecesis Luceoriensis est ampla et habet in se plurima oppida, quae non valeo numerare, et quotidie nova oppida fundantur, sed in maiori parte Ruthena; et scio causa praedicta.

Iuxta undecimum respondit: Fructus dictae mensae episcopalis annuatim ascendunt fere ad decem et octo mille [sic] florenos et plus et minus, secundum recollectas et valorem frumentorum, nec est aliqua pensione dicta Ecclesia gravata; et id ut supra scio.

Iuxta duodecimum respondit: Ecclesiam vacaturam fore per meam translationem ad Episcopatum Plocensem, quatenus Ss.mo Domino N.ro placuerit. In causa scienciae.

Stanislaus Lubienski, Epus Luceoriensis, Nominatus Plocensis, Regni Poloniae Vicecancellarius, manu propria.

Sequuntur iuramentum et professio fidei Achatii Grochowski (in f. 837r-838v exemplar, in f. 840r-v autographum) et attestationes nuntii ac notarii Pauli Roscii (in f. 838v-839v), forma et tenore similes eis, quae in A. 1. adhibitae sunt, p. 337-338.

A. 3.

Processus informativus Pauli Piasecki ad episcopatum Camenecensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 17-25 VII 1627.

Acta processus informativi Pauli Piasecki, abbatis Clarae Tumbae, ad episcopatum Premisliensem, post nominationem Achatii Grochowski ad sedem Luceoriensem vacantem, nominati. Enumerantur nomina testium et interrogationes eis propositae, ad personam nominati et statum dioecesis pertinentes. Afferuntur responsa Pauli Karski, decani Camenecensis, Nicolai Kątski, canonici Camenecensis, Georgii Ossoliński, capitanei Radoscicensis, Achatii Grochowski, epi Premisliensis, Nicolai Gniewosz, abbatis Coprivnicensis. Sequuntur attestationes authenticitatis gradus doctoralis Pauli Piasecki et actorum processus a nuntio et notario factae, confirmatio facultatum notarii, iuramentum et professio fidei Pauli Piasecki.

Or.: AV, AC, Proc. Consistoriales, ms. 24 f. 865r-875r. In f. 875r decisio Curiae Romanae: "Ego Cos[mus] Card. de Torres relationem facturus pro certo existimo Rev.dum Paulum Piasecki, Abbatem Clarae Tumbae, idoneum esse ut ad Ecclesiam Camenecensem praeficiatur. Cosmus Cardinalis de Torres, relator; idem sentio ego, Octavius, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Bandinus; idem sentio ego, Scipio Cardinalis Burghesius; idem censeo ego, Hipolitus Diaconus Cardinalis Aldobrandinus".

IN NOMINE DOMINI. AMEN

Praesenti publico processus instrumento... *etc. tenor formularum introducentium similis ac in A. 1, p. 315-316.*

[in f. 865v] **Nomina testium**

1. Adm. Rev.dus D.nus Paulus Karski, Decanus Camenecensis et Canonicus Posnaniensis[20].
2. Adm. Rev.dus D.nus Nicolaus Kacki, Canonicus Camenecensis, Custos Scarbimiriensis.
3. Ill.mus D.nus Georgius Ossolinski, Comes de Teczyn, Capitaneus Radoscicensis[21].

---

[20] Paulus Karski (1590-1645), canonicus Posnaniensis ab. a. 1625, decanus Camenecensis ante a. 1627, canonicus Gnesnensis ab a. 1628.

[21] Georgius Ossoliński, capitaneus Radoscicensis a. 1623-1628, postea - praeter alia - vicecancellarius Regni ab a. 1638, cancellarius ab a. 1643.

4. Ill.mus et Rev.mus D.nus Achatius Grochowski, Episcopus Premisliensis.
5. Perillustris et Rev.mus D.nus Nicolaus Gniewosz, Abbas Coprivnicensis[22].

In f. 865v-866r sequuntur 12 interrogationes de canditato similes interrogationibus 1-9 i 11-13, quae in A. 1 adhibentur (vide p. 317-318), deinde in f. 866r -v item 12 interrogationes ad statum dioecesis spectantes, similiter ac in A. 1 (vide p. 318-319).

[Primus testis]

[866v] Eisdem anno, mense, indictione, die et pontificatu quibus supra. Pro Perillustri et Rev.mo D.no Paulo Piasecki, Abbate Mogilensi seu Clarae Tumbae, contra quoscunque, examinatus fuit Varsaviae in Palatio solitae residentiae Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sanctacrucii, Archiepi Seleuciensi, Nuntii Apostolici praedicti et coram eo Adm. Rev.dus D.nus Paulus Karski, Decanus Camenecensis et Canonicus Posnaniensis, Praepositus Lancicensis, ex Palatinatu Plocensi, filius Petri, aetatis suae annorum triginta incirca, testis inductus, cui delato iuramento de veritate dicenda, prout tacto pectore etc. iuravit, dixit et deposuit prout infra, videlicet:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco Rev.mum D.num Paulum Piasecki ab annis undecim incirca in Aula Sacrae Regiae Maiestatis, occasione quod ego inserviebam Ill.mo D.no Episcopo Camenecensi moderno[23] et Archiepiscopo Gnesnensi[24] hic in Aula Ser.mi Regis, ex quo saepe saepius fuit mihi occasio conversandi et negotiandi de variis rebus et causis cum dicto Rev.mo D.no Paulo Piasecki.

Iuxta 2 respondit: Dictus Rev.mus D.nus Paulus est oriundus ex Palatinatu Sandomiriensi, et scio esse natum de legitimo matrimonio ex nobilibus et Catholicis parentibus, et publice pro tali habitus fuit semper, et pater eius vocabatur Sebastianus, mater vero Catharina Krameska, ambo Catholici et nobiles. Et nescio cuius aetatis sit, sed ex aspectu potest esse annorum quinquaginta et plus; et scio hoc ex cognitione praedicta, causa quia versatus sum cum ipso a dicto tempore, ut supra.

Iuxta tertium respondit: Scio esse Doctorem Utriusque Iuris, quia vidi illius litteras patentes Doctoratus, et cum ipse sit Archidiaconus Varsaviensis, necesse est ut sit Doctor, quia Archidiaconis in Polonia necesse [867r] est ut sint Doctores; et scio, quia sum informatus de dictis dignitatibus Archidiaconatuum ob cognitionem, quam habeo de illis hic in Varsovia.

Iuxta quartum respondit: Scio dictum Rev.mum D.num Paulum esse et fuisse Praesbiterum et in Sacris Ordinibus constitutum, quia saepe vidi il-

---

[22] Nicolaus Gniewosz, (†1654), abbas commendatarius Coprivnicensis ante a. 1627, secretarius maior Regni ab a. 1636, epus Cuiaviensis ab a. 1641.

[23] Adamus Nowodworski.

[24] Agitur fortassis de Laurentio Gembicki (1555-1624), aepo Gnesnensi ab a. 1615.

lum celebrare Sacram Missam a tempore, quo illum coepi cognoscere.

Iuxta quintum respondit: Se nescire dictum Rev.mum D.num Paulum esse aliquo impedimento astrictum, quod non possit promoveri ad Ecclesiam Camenecensem, et si esset, scire ex causa cognitionis praedictae; nec esse, nec fuisse coniugatum nec bigamum, et si esset, scire ex praedicta causa.

Iuxta sextum respondit: Scio dictum Rev.mum D.num Paulum esse integritate vitae, bonis moribus, pietate, prudentia et doctrina praeditum, ita ut ad Ecclesiam Camenecensem merito videatur posse promoveri, eiusque promotionem profuturam esse Ecclesiae praedictae et eius gregi; et scio, quia semper cognovi ipsum Rev.mum D.num Paulum Piasecki fuisse Secretarium Ser.mi Regis Poloniae ad exteras nationes, et multi Praelati et personae qualificatae ad ipsum continue accedebant pro consilio et auxilio in eorum causis et indigentiis. Et scio ex causa conversationis praedictae a dicto tempore.

Iuxta septimum respondit: Scio dictum Rev.mum D.num Paulum esse solitum frequentare Sacramenta et celebrare Sacram Missam, quia saepe illum vidi celebrantem et officia alia exercentem in Ecclesia Collegiata Varsaviae, in qua ipse est Archidiaconus.

Iuxta octavum respondit: Scio dictum Rev.mum D.num Paulum esse verum Catholicum et in fidei Catholicae puritate permansisse, nec haeresi suspectum fuisse; et scio ob conversationem praedictam cum ipso habitam. Et si esset de tali crimine suspectus, non esset in tanta existimatione apud Sacram Regiam Maiestatem et totam illius Curiam et Senatum, prout notum est ipsum esse talem; et scio ut supra.

Iuxta nonum respondit: Esse innocentia vitae, divini honoris et proximi salutis zelantem ac bonae famae et conversationis; et scio ex praedicta causa ut supra.

Iuxta decimum respondit: Non fuisse nec esse in Iudicio et extra imputatum in aliquo contra bonos mores, fidem et vitam Catholicam, nec aliquod scandalum dedisse; et si esset, non esset in tanta aestimatione, ut supra deposui; et ego scirem ex causa praedicta.

Iuxta undecimum respondit: Tantum scire, quantum supra deposuit, et ipsum Rev.mum [867v] D.num Paulum esse Doctorem et studuisse, quia vidi eius patentes litteras Doctoratus, et ideo pollere doctrina in Episcopo requisita, ut alios possit docere; et scio ex causa praedicta.

Iuxta duodecimum respondit: Scio dictum Rev.mum D.num Paulum habuisse beneficia Ecclesiastica, scilicet Praeposituram Calissiensem sine cura, Archidiaconatum Varsaviensem, cui est incorporatus Canonicatus Posnaniensis, et Abbatiam Clarae Tumbae, habuisse etiam olim Parochialem Crazimensem[25] et bene se gessisse, dum illam retinuit, ut testimonium faciunt quotidie Parochiani Parochiae, qui se dolent dimisisse tantum virum,

[25] Agitur de paroecia in Chroberz, quam Paulus Piasecki obtinebat usque ad a. 1616.

et resedisse ordinarie in suo Archidiaconatu.

Deinde deventum fuit ad interrogatoria super statu Ecclesiae.

Iuxta primum interrogatus respondit: Quod Civitas Camenecensis est sita in Provincia Podoliae et distat a flumine Dniestr per duo milliaria; et est populata, et potest habere numerum septem millium animarum et plus et minus; et est sub dominio in temporalibus Sacrae Regiae Maiestatis; et numerus animarum est partim Catholicorum, partim Schismaticorum et Iudaeorum; et praedicta scio, quia sum Decanus Cathedralis Camenecensis iam ab annis 12, quo inservio praedictae Ecclesiae Camenecensi.

Iuxta secundum respondit: Scio, quod in dicta Civitate adest Cathedralis Ecclesia, cum fuerim Canonicus et Archidiaconus, et modo sim illius Decanus, et est sub invocatione SS. Petri et Pauli, et est Ecclesia satis ampla, coementis et lapidibus constructa, nec indiget aliqua reparatione, cum et a moderno Episcopo fuerit restaurata; et scio ex praedicta ut supra narrata.

Iuxta tertium respondit: Scio, quod in dicta Cathedrali Ecclesia adest Sacrarium sacris suppellectilibus sufficienter ornatum, Campanile cum campanis, Chorus, Organum etiam fuit, sed fuit combustum et modernus Episcopus propriis pecuniis mandavit illud refici, et adest Coemiterium et alia necessaria spectantia ad Ecclesiam Cathedralem; et scio, quia ibi fui, inservivi et vidi ut supra.

Iuxta quartum respondit: Adesse quoque reliquias Sanctorum, quorum nomina non recordari, quae decenter asservantur in pixidibus argenteis et ligno inaurato; et scio, quia vidi ut supra.

Iuxta quintum respondit: Dignitates in Ecclesia Cathedrali sunt quinque: Decanatus, Praepositura, Archidiaconatus, Custodia et Poenitentiaria, et prima post Pontificalem est Decanatus. Adsunt quoque Canonici in numero septem, adsunt etiam octo Vicarii, per quos omnes quotidie celebrantur divina officia et cultus [868r] divinus diligenter ibidem exercetur; et in eadem Ecclesia sunt quaedam Altaria dotata, quae habent suas obligationes certas singulis hebdomadis, quae ab eorum Rectoribus et Capellanis absolvuntur; et scio quia fui et vidi, et sum informatus de praedictis ut supra.

Iuxta 6 respondit: tantum scire, quantum supra deposuit.

Iuxta 7 respondit: Iam aderat domus pro Episcopo prope dictam Ecclesiam Cathedralem, sed iam sunt undecim anni, ex quo combusta est una cum templo et tota Civitate casuali incendio; et Episcopus habet suam residentiam in Arce Czarnokozienik, distante per duo milliaria Polonica a Civitate; et Episcopus solet accedere ad Ecclesiam Cathedralem temporibus solemnioribus ad perficiendum munia Episcopalia; et scio, quia inservivi, fui et vidi ut supra.

Iuxta octavum respondit: Non esse Seminarium puerorum instruendorum, sed bene modernus Episcopus aliquid fecit pro illo instituendo; et in

Civitate adest Monasterium Monialium recenter introductarum, adest etiam Monasterium Patrum Sancti Dominici, Fratrum Conventualium Sancti Francisci, adsunt quoque Patres Societatis Iesu, qui ibidem habent Collegium; et per Dioecesim adsunt plura Monasteria quoque Rev.dorum Patrum Sancti Dominici, adest etiam Hospitale, et curam animarum exerceri per Praepositum Cathedralis; et scio ex praedicta causa, quia ibidem inservivi et de omnibus sum informatus.

Iuxta 9 respondit: Curam animarum in dicta Civitate exerceri in dicta Cathedrali per praedictos Vicarios, nec in Civitate adsunt aliae Parochiae, et fons baptismalis est tantum in Ecclesia Cathedrali; et scio ex praedicta causa, quia ut supra ibi inservivi.

Iuxta 10 respondit: Dioecesim Camenecensem per circuitum esse amplam circa septuaginta milliaria Polonica, et continere in se plura oppida et loca insignita; et scire ut supra ex praedicta cognitione servitii ibidem praestiti.

Iuxta 11 respondit: Redditus Mensae Episcopalis esse septem vel octo millium florenorum; et scio, quia ibi fui ut supra; et nescio, an sint aliqua pensione gravati.

Iuxta 12 respondit: Scio, quod Ecclesia Camenecensis ad praesens non vacet, sed est vacatura per translationem moderni Episcopi ad Ecclesiam Praemisliensem[26], annuente Summo Pontifice. In causa scientiae etc.

Paulus Karski, Decanus Camenecensis et Canonicus Posnaniensis, manu propria.

In f. 868r-872r sequuntur responsa relquorum testium, quorum Georgius Ossoliński, Achatius Grochowski et Nicolaus Gniewosz non nisi quaestiones de candidato, Nicolaus Kątski autem etiam ad interrogationes de statu dioecesis respondet. In eiusmodi responsis maximam partem repetuntur informationes a Paulo Karski datae (vide supra), exceptis his:

[Quartus testis]

[f. 870v] Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco Rev.mum D.num Paulum Piasecki ab annis 37 incirca, occasione quod insimul studebamus apud Patres Societatis Iesu, prout etiam Romae 1600 anno Iubilaei, postea hic in Aula Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae continuo.
[...]

[871r] Iuxta quartum respondit: Dictum Rev.mum D.num Paulum Piasecki fuisse indutum Romae habitu clericali a decem annis et ultra, et esse Presbiterum, quia ego eum cognosco ut supra.
[...]

---

[26] Adamus Nowodworski.

[f. 871r] Achatius Grochowski, Episcopus Premisliensis, manu propria. [...]

[Confirmatio authenticitatis diplomatis doctoralis]

[872r] Quibus quidem sicut supra gestis et perfectis, praedictus Perillustris et Rev.mus D.nus Paulus, Abbas Mogilensis, coram nobis infrascripta die comparuit et ad docendum ipsum esse Utriusque Iuris Doctorem facto exhibuit Privilegium Doctoratus, in publicam et authenticam formam redactum, sub datum Romae, die 19 Iulii 1610 [872v] et per nos visum et lectum, quod postmodo secum reportavit, et petiit litteras et processum de et super omnibus et singulis praemissis fabricatum concedi, claudi et sigillari, ac clausum et sigillatum, ut moris est, sibi decerni et tradi ad effectum supra petitum.

Nos igitur... *etc. Sequitur confirmatio aythenticitatis actorum processus per nuntium et notarium facta, necnon attestatio facultatum notarii (in f. 872v, 875r), iuramentum et confessio fidei Pauli Piasecki (in f. 873r-v) similiter ac in A. 1, p. 337-338.*

A. 4.

Processus informativus Andreae Gembicki ad suffraganeatum Gnesnensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 17 VII- 17 VIII 1627.

Acta processus informativi Andreae Gembicki, abbatis Tremesnensis, ad suffraganeatum Gnesnensem et episcopatum titularem Theodosiensem, post obitum Andreae Wilczyński vacantes, nominati. Enumerantur nomina testium et interrogationes eis factae ad personam nominati pertinentes. Adducuntur etiam testimonia Ioannis Lipski, regentis cancellariae Regni, Martini Szyszkowski, decani Lanciciensis, Michaelis Kupcewicz, secretarii principis Vladislai, et Ioannis Kraszewski, notarii cancellariae regiae. Sequuntur: mandatum Andreae Gembicki, quo procuratorem suum designat Ioannem Kraszewski, qui vice sua processui intererit; auctoritas a nuntio concessa Achatio Grochowski, epo Premisliensi, et Ioanni Bajkowski, suffraganeo Posnaniensi, ad id subdelegatis, ut iuramentum Andreae Gembicki susciperent; attestationes authenticitatis actorum processus et iuramenti Andreae Gembicki a nuntio et notario factae; confirmatio facultatum notarii a nuntio data; iuramentum et professio fidei Andreae Gembicki; mandatum nuntii, quo designantur subdelegati, qui iuramentum nominati suscipiant.

Or.: AV, AC, Proc. Consistoriales, ms. 25 f. 844r-853v. In f. 853r-854r formulae mandati nuntii in libris ab Erico Forsero, notario pontificio Toruniae, referendi, cum dato 9 VIII 1627 r. In f. 54v decisio Curiae Romanae: "Ego Cos[mus] Card. de Torres relationem facturus pro certo existimo Rev.dum Andream Gembicky, Abbatem Tremesensem ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium, idoneum esse ut ad Ecclesiam Theodosiensem, in partibus infidelium, praemoveatur, et Archiepiscopo Gnesnensi in Suffraganeum datur Ss.mo D.no N.ro super defectu gradus ompensare placuerit. Cosmus Cardinalis de Torres, relator; idem sentio ego, Octavius, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Bandinus; idem sentio ego, Scipio Cardinalis Burghesius; idem censeo ego, Hipolitus Diaconus Cardinalis Aldobrandinus".

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Praesenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter et sit notum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Indictione decima, die vero Sabbathi decima spetima Iulii, Pontificatus autem Ss.mi in Christo Patris et Domini N.ri D.ni Urbani, divina providentia Papae Octavi, anno eius quarto.

Coram Ill.mo et Rev.mo D.no Antonio Sanctacrucio, Dei et S. Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopo Seleuciensi nec non Ss.mi D.ni N.ri Urbani, divina providentia Papae Octavi Praelato domestico et in Capella eiusdem Assistente, et pro eodem Ss.mo eiusque S. Sedis Apostolicae ad Ser.mum Sigismundum Tertium, Poloniae et Suetiae Regem totumque Poloniae Regnum et Magnum Lithuaniae Ducatum cum facultatibus Legati de latere Nuntio, meque notario publico et Curiae Causarum dicti Ill.mi D.ni Nuntii Apostolici Cancellario.

Comparuit Generosus D.nus Ioannes Kraszowski, Procurator Rev.mi D.ni Andreae Gembicki, Abbatis Tremesnensis Ordinis Divi Augustini Canonicorum Regularium, Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Secretarius, ut docuit per chirographum manu dicti D.ni Abbatis subscriptum et eius proprio sigillo obsignatum, sub datum Torunii, die prima huius, et dicto Ill.mo D.no Nuntio Apostolico exposuit, quod cum dictus Rev.mus D.nus Abbas cupiat se promoveri ex benignitate Summi Pontificis ac suae Sanctae Sedis Apostolicae ad Episcopatum Theodosiensem, in partibus infidelium existentem, ut in Suffraganeatu Ecclesiae Archiepiscopalis Gnesnensis inservire possit, vacante per obitum Rev.mi D.ni Andreae Wilczynski, Episcopi Theodosiensis, dicti Suffraganeatus ultimi possessoris, prout in precibus in dicto mandato procurare et chirographo ad hunc effectum facto continetur, dictasque preces seu supplicationem in dicto mandato procurae insertas dicto Ill.mo D.no Nuntio Apostolico porrexit sanas, illaesas et omni vitio carentes, quas dictus Ill.mus [844v] D.nus Nuntius Apostolicus recepit, et mihi, Notario Cancellario, consignavit tenoris inferius regrandi [sic]. Ideoque dictus Procurator instetit, iuxta seriem et tenorem dictarum precum coram dicto Ill.mo D.no Nuntio Apostolico, ut dignaretur mandari confici processum super vita, moribus, legitimis natalibus et aliis requisitis qualitatibus ip-

sius Rev.mi D.ni Abbatis, iuxta illius petitionem et preces.

Qui Ill.mus et Rev.mus D.nus Nuntius Apostolicus praedicta attendens, dictum processum confici, iuramenta et depositiones testium desuper inducendorum et examinandorum recipi, ceteraque necessaria fieri, et dictum mandatum procurae cum dictis precibus recognosci, et per me, eundem Curiae Notarium Cancellarium, rogari et omnia et singula in publicam formam redigi et redacta, iuxta formam dictarum precum consignari mandavit et mandat per praesentes.

Quibus ita gestis idem Ill.mus D.nus Nuntius Apostolicus mandavit testes, desuper inducendos et super interrogatoriis infrascriptis examinandos, ad se vocari et examinari, praestito prius in manibus Dominationis Suae Ill.mae iuramento de veritate dicenda in forma omni etc..

Nomina testium

1. Perillustris et adm. Rev.dus D.nus Ioannes Lipski, Praepositus Cracoviensis, Cancellariae Minoris Sacrae Regiae Maiestatis Regens.
2. Adm. Rev.dus D.nus Martinus Starczowski, Decanus Lanciciensis, Canonicus Gnesnensis.
3. Generosus D.nus Michael Kupczowicz, Secretarius Ser.mi Vladislai Poloniae et Sueciae Principis[27].
4. Generosus D.nus Ioannes Kraszewski, Notarius Cancellariae Sacrae Regiae Maiestatis.

Interrogatoria vero, de quibus supra fit mentio, sunt infrascripta quae sequuntur, videlicet:

1. An cognoscat Adm. Rev.dum D.num Andream Gembicki, Abbatem Tremesnensem, ubi, qua occasione et a quanto tempore citra.

[845r] 2. An sciat, unde sit oriundus dictus Adm. Rev.dus D.nus Andreas Gembicki, cuius aetatis, an sit ex legitimo matrimonio et catholicis parentibus nobilibus natus.

3. An sciat esse Doctorem vel saltem Licentiatum in Sacra Theologia vel utroque Iure vel saltem in Iure canonico, et quomodo.

4. An sciat esse Presbiterum, quomodo et a quanto tempore citra, et an sit solitus Sacramenta frequentare.

5. An sciat ipsum aliquo impedimento detineri, quominus promoveri possit ad Episcopatum.

6. An sciat fuisse coniugatum vel bigamum.

7. An sciat in iudicio, vel extra, fuerit imputatus de aliquo delicto, quod eius vitam, mores et fidem tangat, vel scandalum dederit in populo.

---

[27] Michael Kupcewicz, († post 1649), ab a. 1618 secretarius regius, ab a. 1619 notarius in cancellaria regia. Zemła non memorat Michaelem Kupcewicz inter aulicos principis Vladislai, cfr. Zemła, passim.

8. An sciat illum habuisse vel modo habere beneficia aliqua, et quae, et an illa requirant residentiam, vel sint incompatibilia.

9. An sciat ipsum alienasse bona suorum beneficiorum.

10. An sciat, quomodo se gesserit circa functiones Ecclesiae ac etiam circa residentiam, gubernium et administrationem Ecclesiarum, quas habuit, etiam quoad curam animarum, si illam habebat.

11. An sciat habere familiam haereticam vel conversationem cum haereticis, vel esse aliqua censura vel irregularitate innodatum.

12. An sciat ipsum fuisse et esse verum Catholicum, omni puritate fidei, vitae innocentia, morum integritate, usu, doctrina et experientia praeditum, maturi consilii, integrae et bonae famae, ita ut possit docere alios, et merito videatur promovendus ad Ecclesiam Cathedralem Theodosiensem, eiusque promotionem profuturam esse Ecclesiae Gnesnensi eiusque gregi sibi comittendo ac sublevamen Archiepiscopo Gnesnensi in eius Suffraganeatu.

Eisdem anno, indictione, mense, pontificatu quibus supra, die [845v] vero decima nona, pro Ill.mo et Rev.mo Dno Andrea Gembicki, Abbate Tremesnensi, Sacrae Regiae Maiestatis Secretario, contra quoscumque, examinatus fuit Varsoviae et in Palatio solitae residentiae Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sanctacrucii, Archiepiscopi Seleuciensis, Nuntii Apostolici, praesens per me et coram eo, Perillustris et Adm. Rev.dus D.nus **Ioannes Lipski,** Praepositus Cracoviensis, Cancellariae Minoris Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Regens, filius bonae memoriae Laurentii de Palatinatu Ravensi, aetatis suae annorum 38 incirca, testis inductus, cui delato iuramento de veritate dicenda, super interogatoriis ut supra datis, prout tacto pectore iuravit, dixit et deposuit, prout infra videlicet, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco dictum Rev.mum D.num Andream a quindecim vel sexdecim annis incirca, ex occasione quia cum ipso ego ivi in Italiam, et habui conversationem circa duos annos Romae, deinde vero Perusiae, et postmodum hic in Polonia per biennium, et deinde cum ipso semper habui familiaritatem.

Iuxta 2 respondit: Dictum Rev.mum Abbatem esse oriundum ex Palatinatu Posnaniensi, et esse aetatis suae annorum 38 incirca, natum de legitimo matrimonio ex nobilibus et Catholicis parentibus; et scio, quia cognovi eum ut supra et de hoc est publica vox et fama.

Iuxta 3 respondit: Nescio, an dictus Rev.mus D.nus Abbas sit Doctor, sed bene scio ipsum esse doctum ex causa praedicta cognitionis, quia versatus sum cum ipso.

Iuxta 4 respondit: Esse dictum Rev.mum D.num Abbatem constitutum in sacris ordinibus; et scio ex causa praedicta cognitionis, sed nescio a quot annis in dictis ordinibus sit constitutus, et esse solitum frequentare Sacramenta; et scio, quia vidi mediante conversatione cum ipso habita.

Iuxta quintum respondit: Nescire, an dictus Abbas detineatur aliquo

impedimento, quod possit impedire eius promotionem ad Episcopatum Theodosiensem, et si detineretur, scirem ex causa praedictae cognitionis.

[846r] Iuxta 6 respondit: Non fuisse dictum Abbatem coniugatum nec bigamum, et si esset, scirem ex causa praedicta conversationis.

Iuxta 7 respondit: Non fuisse dictum Rev.mum D.num Abbatem in aliquo imputatum, quod eius vitam, mores et Fidem Catholicam tangat, nec dedisse aliquod scandalum in populo, et si dedisset aut de aliquo delicto fuisset imputatus, scirem ex causa conversationis ut supra.

Iuxta 8 respondit: Dictum Abbatem habuisse quaedam beneficia, videlicet: Custodiam Volboriensem, Canonicatum Gnesnensem, et modo habere Abbatiam Tremesnensem, nec habere curam animarum, quia ita audivi, et nescio sed credo Canonicatum fuisse de residentia, in quibus beneficiis dictum Abbatem residere non potuisse, quia erat Secretarius Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae et fuit Cancellarius Archiepiscopi Gnesnensis, patrui ipsius[28]; et fuisse dicta beneficia incompatibilia, sed credo habuisse dictum Abbatem dispensationem, quia omnes solent habere dispensationes, quando habent beneficia incompatibilia.

Iuxta nonum respondit: Nescire alienasse dictum Abbatem bona suorum beneficiorum, sed si alienasset, scire ex causa praedictae cognitionis.

Iuxta decimum respondit: Nescire quomodo se gesserit dictus Abbas in dictis beneficiis, sed credere bene se gessisse in illis.

Iuxta undecimum respondit: Dictum Abbatem non habuisse nec habere familiam haereticam, nec familiaritatem cum illis, nec esse innodatum aliqua censura et irregularitate, quia si esset, scirem ex causa praedictae cognitionis.

Iuxta duodecimum respondit: Dictum Rev.mum D.num Abbatem fuisse et esse verum Catholicum et puritate Fidei Catholicae ac innocentia vitae, morum integritate, doctrina praeditum, experientia rerum, maturi consilii et integrae famae; et scio ex praedicta conversatione, et ita quoque credo, ita ut possit docere alios et merito videatur promoveri ad Ecclesiam Cathedralem Theodosiensem, eiusque promotionem esse profuturam dictae Ecclesiae Gnesnensi [846v] eiusque gregi, et eius Suffraganeatum sublevamen Archiepiscopo Gnesnensi. In causa scientiae.

In f. 847v-849v sequuntur responsa reliquorum testium. In talibus responsis maximam partem repetuntur notitiae, ab Ioanne Lipski allatae (vide supra), exceptis his:

[Secundus testis]

[f. 846v] Iuxta tertium respondit: Nescio, an dictus Abbas sit Doctor, sed audivi quod ipse studuerit Romae et Perusiis.

---

[28] Laurentius Gembicki (1559-1624), aepus Gnesnensis ab a. 1615, patruelis Ioannis Gembicki (†1602), patris Andreae.

[...]

[847v] Martinus Starczowski, Decanus Lanciciensis, Gnesnensis Canonicus, manu propria.

[Tertius testis]

[847v] Iuxta primum repondit: Ego cognosco Rev.mum D.num Abbatem Tremesnensem Romae et hic Varsaviae a decem annis incirca, quia fui secum Romae ad effectum studendi Romae in Collegio Romano, et hic Varsaviae pluries fui in eius domo, prout etiam Tremesnae ubi est Abbas.

[...]

[848v] Ioannes Kraszowski pro veritate deposui, manu propria.

[Quartus testis]

[849r] Iuxta tertium respondit: Nescire dictum Abbatem esse Doctorem, sed tantum scire, quod tempore, quo erat ipse testis in servitio Archiepiscopi eius patrui, ipse Abbas studiis incumbebat in oppido Lubavia in Dioecesi Culmensi.

[...]

[849v] Ita deposui ego, Michael Kupczovicz, Secretarius Ser.mi Principis.

[Mandatum Andreae Gembicki]

Tenor vero mandati procurae una cum precibus, de quo supra fit mentio, est talis, videlicet:

Ill.mo et Rev.mo D.no Antonio Sancta Crucio, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopo Seleuciensi, eiusdemque Sanctae Sedis, cum facultatibus Legati de latere, Nuntio in Regno Poloniae, infrascriptus orator supplicat.

Ill.me et Rev.me Domine. Ego, Andreas Gembicki, Abbas Tremesnensis Ordinis Divi Augustini Canonicorum Regularium, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, cum promoveri cupiam ex benignitate Summi Pontificis ac suae Sanctae Sedis Apostolicae ad Episcopatum Theodosiensem in partibus infidelium existentem, ut in Suffraganeatu Ecclesiae Archiepiscopalis Gnesnensis inserviam, vacante ad praesens obitu Rev.mi D.ni Andreae Wilczynski, Episcopi Theodosiensis, dicti Suffraganeatus ultimi [850r] possessoris, supplico Ill.mae et Rev.mae Dominationi V.rae, ut iuxta Decreta Sancti Tridentini Concilii ac Constitutiones Ss.mi D.ni Gregorii decimi quarti, informationes de fide, vita, doctrina et moribus meis capiat ac illas una cum professione fidei, in publicam formam clausas et sigillatas, ad Ss.mum Dominum N.rum transmittat, et quia propter loci distantiam ac aliis impeditus negotiis personaliter comparere, ac de praedictis coram Ill.ma et Rev.ma

Dominatione V.ra instantiam facere non valeam, per praesentes manu mea scriptas et subscriptas, meoque sigillo communitas preces, constituo et deputo Generosum D.num Ioannem Kraszewski, qui nomine meo supplicet, compareat, petat, instet coram Ill.ma et Rev.ma Dominatione V.ra. Quae omnia Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra dignabitur suscipere, agere er perficere, prout prudentiae suae magis idoneum et opportunum videbitur, pro quibus adimplendis iterum oro, rogo et exposco. Quam Deus etc. Datum Torunii, prima Iulii 1627.

Ego, Andreas Gembicki, Abbas Tremesnensis ut supra, propria manu mea scripsi et subscripsi ac meo sigillo signavi.

Loco sigilli

Rev.dus Samuel Gorecki, Dioecesis Gnesnensis, et Generosus D.nus Adamus Plucinski, Dioecesis Posnaniensis, et medio iuramento tactis scriptis et pectore respective recognoverunt manum, litteras et characterem ac personam subscripti Rev.mi D.ni Andreae Gembicki ac subscriptum eius sigillum in forma etc. Hac die 13 Augusti 1627.

[Attestationes]

Quibus quidem sicut supra gestis et completis, supradictus Generosus D.nus Ioannes Kraszewski, procurator dicti Adm. Rev.di D.ni Andreae Gembicki, Abbatis Tremesnensis, comparuit coram dicto Ill.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico, et exposuit quod cum dictus Rev.mus D.nus Andreas Gembicki, Abbas Tremesnensis ob distantiam loci praesens adesse nequeat pro praestando in manibus Dominationis Suae Ill.mae professionis fidei iuramento, iuxta formam Constitutionis Pii Papae Quarti, ut promoveri possit a Ss.mo Domino N.ro ad [850v] Episcopatum Theodosiensem in partibus infidelium, ad effectum inserviendi pro Suffraganeo in Ecclesia Archiepiscopali Gnesnensi, ideoque instetit et petiit ab eodem Ill.mo D.no Nuntio Apostolico committere ac facultatem et authoritatem concedere, seu subdelegare aliquem seu aliquos, insolidum ipsi Ill.mo benevisos, ad effectum recipiendi huiusmodi professionis fidei iuramenti in forma.

Qui Ill.mus et Rev.mus D.nus Nuntius Apostolicus attendens petitionem praedictam esse iustam ac rationi consonam, iustaque petenti non esse denegandum assensum, et consulendo indemnitati subscripti Rev.mi D.ni Abbatis ob eius distantiam ad effectum praedictum tantum commisit, facultatemque et auctoritatem concessit ac impartitus fuit Ill.mo et Rev.mo D.no Achatio Grochowski, Episcopo Premisliensi, necnon Perillustri et Rev.mo D.no Ioanni Baykowski, Episcopo Ennensi, Suffraganeo Posnaniensi[29], et cuilibet ipsorum insolidum, eosque delegavit ad effectum praedictum tantum omni etc., et litteras praedictas commissionis et subdelegationis

[29] Ioannes Bajkowski (†1650), suffraganeus Posnaniensis et epus titularis Ennesis ab a. 1627.

eisdem, ut supra deputatis et subdelegatis dirigendas concessit et relaxavit ac expediri mandavit omni etc. Hac die sexta Augusti 1627.

Pro Rev.mo D.no Andrea Gembicki, Abbate Tremesnensi, contra quoscunque.

Comparuit coram suprascripto Ill.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico, meque Cancellario etc., suprascriptus Generosus D.nus Ioannes Kraszowski, procurator praefati D.ni Abbatis, et ad docendum Rev.mum D.num Abbatem Tremesnensem praedictum professionem fidei praestitisse in manibus Ill.mi et Rev.mi D.ni Achatii Grochowski, per ipsum Ill.mum D.num Nuntium Apostolicum subdelegati ad dictum effectum, una cum Rev.mo D.no Ioanne Baykowski insolidum, dictamque professionem emisisse facto exhibuit in omnibus dicti Ill.mi D.ni Nuntii, dictum iuramentum professionis fidei et praestationis iuramenti, rogatum per D.num Ericum Forserum, auctoritate Apostolica publicum Notarium, sub die nona huius in Civitate Toruniensi, quod dictus Ill.mus D.nus Nuntius Apostolicus recepit et mihi, Notario Cancellario, tradidit tenoris etc. Ac proinde dictus procurator petiit litteras [851r] et processum de et [super] omnibus et singulis praemissis fabricatum concedi, claudi et sigillari ac clausum et sigillatum, ut moris est, sibi decerni et tradi ad effectum suprascriptum.

Qui Ill.mus praedictus attendens etc. dicto procuratori praedicti D.ni Abbatis, sicut supra petenti processum clausum et sigillatum una cum litteris praedictis concedere iussit, prout per praesentes concessit, decernendo praedictis omnibus et singulis, tanquam rite et recte gestis, plenam et indubiam fidem in Iudicio et extra adhibendam esse. In quorum fidem praesentes manu sua propria subscriptas, per me, infrascriptum Curiae Cancellarium, subscribi mandavit, sigillique sui, quo in talibus utitur, impressione muniri. Datum Varsaviae, ex aedibus dicti Ill.mi D.ni Nuntii, hac die 14 Augusti 1627. Praesentibus ibidem Ill.bus D.D. Michaele Burghio et Iacobo Betto, Romanis, testibus ad praemissa adhibitis.

[a-Ego, Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis, Nuntius Apostolicus, fidem supradictis testibus et eorum dictis adhibendam esse censeo et de promovendo bene sentio-a)].

[b-Et ego, Paulus Roscius de Monteforcino, Firmanae Dioecesis Clericus, publicus Apostolica auctoritate Notarius, in Archivio Romanae Curiae descriptus, et ad praesens Curiae Causarum Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sancta Crucii, Archiepiscopi Seleuciensis et Nuntii Apostolici Cancellarius, de praemissis rogatus. Ideo praesens instrumentum subscripsi et publicavi requisitus-b)].

Nos, Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis et in hoc amplissimo Poloniae Regno cum facultatibus Legati de latere Nuntius Apo-

stolicus, universis et sigulis, quorum interest etc., attestamur suprascriptum D.num Paulum Roscium de praemissis rogatum fuisse et esse publicum Notarium legalem et authenticum ac Curiae nostrae Causarum Cancellarium, eiusque scripturis, [851v] tam publicis quam privatis, per eum modo et forma praemissis confectis semper adhibitam fuisse et de praesenti adhiberi fidem, in Iudicio et extra. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae, ex aedibus nostris die decima septima Augusti 1627.

(a-Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis, Nuntius Apostolicus-a)

(a-Ludovicus Piazzolus, IUD, Secretarius-a)

[Iuramentum]

[852r](a-Ego, Andreas Gembicki, Abbas Tremesnensis, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius-a), firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: *In f. 852r-v sequitur professio fidei eiusdem tenoris ac apud Biliński ANP XXIV/1, p. 371-372.*

[852v] (a-Ego, Achatius Grochowsky, Episcopus Premisliensis, Nominatus Luceoriensis, subdelegatus ab Ill.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico, suprascriptum fidei professionis iuramentum admisi et recepi, manu propria-a)

[Mandatum Nuntii]

[853r] Antonius Sancta Crucius, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae Apostolicae gratia Archiepiscopus Seleuciensis necnon Ss.mi in Christo Patris et D.ni N.ri Domini Urbani, divina providentia Papae Octavi Praelatus Domesticus et in Capella eiusdem Assistens, ac pro eodem Ss.mo eiusque Sancta Sede Apostolica ad Ser.mum Sigismundum Tertium, Poloniae et Sueciae Regem, totumque Poloniae Regnum ac Magnam Lithuaniae Ducatum etc. cum facultatibus Legati de latere Nuntius.

Ill.mo et Rev.mo D.no Achacio Grochowski, Episcopo Praemisliensi, necnon Perillustri et Rev.mo D.no Ioanni Baykowski, Episcopo Ennensi, Suffraganeo Posnaniensi, salutem et sinceram in Domino charitatem, et in commissis diligentiam adhibere. Cum Adm. Rev.dus D.nus Andreas Gembicki, Abbas Tremesnensis ob distantiam [853v] loci praesens adesse nequeat pro praestando in manibus nostris professionis fidei iuramento, iuxta formam Constitutionis Pii Papae Quarti, ut promoveri valeat a Ss.mo D.no N.ro Urbano Papa Octavo ad Episcopatum Theodosiensem, in partibus infidelium, et ut inservire possit pro Suffraganeo in Ecclesia Archiepiscopali Gnesnensi. Nos, volendo praemissis eo quo decet remedio providere, tenore praesentium

Apostolica authoritate vobis et cuilibet V.rum insolidum committimus, facultatemque et authoritatem concedimus et impartimur, ac quemlibet V.rum insolidum subdelegamus, ut iuramentum huiusmodi recipiatis, illudque sic receptum in publicam formam redactum ad nos quantocitius transmittatis. In fidem etc. Datum Varsaviae ex aedibus nostris, die sexta Augusti 1627

Antonius Sancta Crucius, Archiepiscopus Seleuciensis, Nuntius Apostolicus

Locus
sigilli

Paulus Roscius, Notarius, Cancellarius

a-a) *Autographum.*
b-b) *Alia manu scriptum.*

A. 5.

Processus informativus Ioannis Wyszemirski ad suffraganeatum Samogitiensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 27 X - 9 XI 1627.

Acta processus informativi Ioannis Wyszemirski, canonici Samogitiensis, ad suffraganeatum Samogitiensem, a priore episcopo Samogitiensi, Stanislao Kiszka, institutum, et ad episcopatum titularem Christopolitanum nominati. Enumerantur nomina testium et interrogationes eis propositae, ad personam nominati spectantes. Afferuntur testimonia Matthaei Babinowski, canonici Samogitinesis, Christophori Szukosta, parochi Savlanensis, Ioannis Rusiewicz, notarii publici, et Georgii Kiełprz, presbyteri dioecesis Samogitiensis. Sequuntur: litterae epi Samogitiensis Abrahami Woyna, electionem Ioannis Wyszemirski in suffraganeum Samogitiensem confirmantes, attestatio authenticitatis actorum processus a nuntio facta et confirmatio facultatum notarii item a nuntio data.

Or.: AV, AC, Proc. Consistoriales, ms. 25 f. 834r-841v. In f. 841r subscriptio autographa: "Iacobus Bettus pro Secretario". In f. 841v decisio Curiae Romanae: "Ego Cos[mus] Card. de Torres relationem facturus pro certo existimo Ioannem Vizkemenski, Canonicum et Vicarium Generalem Samogitiensem, idoneum esse ut ad Ecclesiam Christopolitanam, in partibus infidelium, promoveatur, et Episcopo Samogitiensi in Suffraganeum datur, si Ss.mo D.no N.ro placuerit dispensare super eo quod professionem fidei in manibus Nuntii Apostolici ob locorum distantiam non emiserit, cum decreto quod antequam munus consecrationis suscipiat, professionem fidei in manibus Episcopi Samogitiensis, seu Vilnensis, emittat, et infra certum tempus instrumentum ad curiam transmittat. Cosmus Cardinalis de Torres, rela-

tor; idem censeo ego, Octavius, Episcopus Ostiensis, Cardinalis Bandinus; idem censeo ego, Scipio Cardinalis Burghesius; idem censeo ego, Hipolitus Diaconus, Cardinalis Aldobrandinus".

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Praesenti publico instrumento...*etc. similiter ac in A. 4, p. 352-353.*

[834v] **Nomina testium**

1. Adm. Rev.dus D.nus Matthaeus Babinovvski, Canonicus Samogitiensis.
2. Rev.dus D.nus Christophorus Szukosta, Parochus Saulanensis.
3. Nobilis D.nus Ioannes Rusievvoicz, Notarius Publicus.
4. Rev.dus D.nus Gregorius Kiełłprz, Presbiter Dioecesis Samogitiensis.

Interrogatoria, de quibus supra fit mentio, sunt infrascripta quae sequuntur, videlicet

1. An ipse testis cognoscat Adm. Rev.dum D.num Ioannem Wyszemierski, Canonicum Samogitiae, quo modo, a quo tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, aemulus vel odiosus.

2. An sciat, in qua Civitate, vel loco, et Dioecesi dictus Adm. Rev.dus D.nus Ioannes, Canonicus, sit natus, et quae sit causa scientiae.

3. An sciat ipsum natum esse ex legitimo matrimonio, atque honestis et Cattholicis parentibus, et quae sit causa scientiae.

4. An sciat, cuius aetatis sit, praesertim an expleverit annum trigesimum, et quae sit causa scientiae.

5. An sciat eum esse in Sacris Ordinibus constitutum, quibus, a quo tempore citra, praesertim an ante sex menses, et quae sit causa scientiae.

6. An sciat eum esse in ecclesiasticis functionibus et in exercitio ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem et devotum, et quae sit causa scientiae.

7. An sciat eum semper Catholice vixisse et in fidei puritate permansisse, et quae sit causa scientiae.

8. An sciat eum praeditum esse innocentia vitae, bonisque moribus, et an sit bonae conversationis et famae, et quae sit causa scientiae.

9. An sciat eum esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem, et quae sit causa scientiae.

10. An sciat aliquo gradu in Iure Canonico, vel in Sacra Theologia insignitum esse, quibus [835r] in locis, quanto tempore et quo fructu ipsi Theologiae vel Iuri Canonico operam dederit, et an vere ea doctrina polleat, quae in Episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae.

11. An sciat eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam

animarum, aut regimen alterius Ecclesiae se exercuisse, et quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores, et quae sit causa scientiae.

12. An sciat eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam, vel aliquo corporis aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralem promoveri, et quae sit causa scientiae.

13. An eum idoneum existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralem, et praesertim eam, ad quam ipse est promovendus, an dignum qui ad illam promoveatur, et an ipsius promotionem eidem Ecclesiae utilem et proficuam futuram esse censeat, et quare ita existimet.

Primus testis

Examinatus fuit Varsoviae, et in Palatio solitae residentiae Ill.mi et Rev.mi D.ni Antonii Sancta Crucii, Archiepiscopi Seleuciensis, Nuntii Apostolici praedicti, et per dictum Ill.mum D.num Nuntium, Adm. Rev.dus D.nus Mattheus Babinovvski, filius Ioannis, Canonicus Samogitiensis, aetatis suae annorum quadraginta quinque incirca, testis ab eodem Ill.mo D.no Nuntio ex officio vocatus, cui delato iuramento de veritate dicenda, super interrogatoriis ut supra per dictum Ill.mum D.num Nuntium formatis, prout tactis sacris scripturis ad Sacrosancta Dei Evangelia iuravit, dixit et deposuit, prout infra videlicet, et primo:

Iuxta primum interrogatus respondit: Ego cognosco dictum Ill.mum D.num Canonicum Ioannem occasione, qua ego studui Samogitiae, et tunc temporis dictus D.nus Ioannes erat Canonicus, quam cognitionem habui iam a triginta annis incirca, et deinde quoque quia ego fui et sum Canonicus in ea dicta Civitate Samogitiae, prout ille est, et ideo semper sumus insimul versati, nec sum illius consanguineus, cognatus, aemulus vel odiosus, nec nimium familiaris, quamvis, ut supra deposui, versati sumus insimul.

Iuxta 2^{m} respondit: Scio dictum D.num Canonicum Ioannem esse natum in Ducatu Massoviae, et credo [835v] in propriis bonis; et scio, quia semper audivi esse dictum D.num Canonicum de dicto loco Massoviae, et ita pro tali publice et palam habetur et reputatur.

Iuxta 3^{m} respondit: Scio dictum D.num Canonicum esse natum ex legitimo matrimonio, atque honestis et Catholicis parentibus, quia semper ut supra versatus sum cum illo, et pro tali semper habitus est publice et palam ab omnibus; et si esset contrarium, scivissem ex causa cognitionis ut supra cum ipso habitae.

Iuxta 4^{m} respondit: Scio dictum interrogatum D.num Canonicum esse aetatis annorum sexaginta et plus, prout ex canitie et aspectu illius dignoscitur; et scio quoque ex cognitione de illo habita ab annis triginta et ultra, ut supra deposui.

Iuxta 5 respondit: Scio dictum D.num Canonicum esse in Sacris Ordinibus constitutum, ut requiritur ad consequendum Canonicatum, et est in dictis Ordinibus constitutus a triginta annis et ultra; et scio, quia eum Canonicum a dicto tempore, ut supra deposui, cognovi.

Iuxta 6 respondit: Scio dictum D.num Canonicum Ioannem esse in ecclesiasticis functionibus et in exercitio ordinum susceptorum diu versatum et devotum, et frequentem in susceptione Sacramentorum; et scio ex causa cognitionis praedictae, et quia semper illum vidi celebrantem, frequentem et devotum, et multa quoque bona ecclesiastica Samogitiae donasse, et pro tali est semper ab omnibus habitus et reputatus, et quod dicta bona donaverit, est quoque publica vox et fama; et scio, quia vidi.

Iuxta 7^{m} respondit: Scio dictum interrogatum D.num Canonicum semper Catholice vixisse et in fidei puritate permansisse et permanere; et scio, quia cognosco dictum D.num Canonicum a dicto tempore, ut supra deposui, et vidi illum semper Catholicum vixisse et in fidei puritate permansisse et permanere, nec aliquid in contrarium unquam de illo audivi, et si esset contrarium, scirem ex causa cognitionis a dicto tempore, ut supra deposui.

Iuxta 8 interrogatus respondit: Scio dictum D.num Canonicum esse praeditum innocentia vitae et bonis moribus, et esse quoque bonae conversationis et famae; et scio, quia versatus sum cum illo, et cognosco iam a triginta annis incirca, ut supra deposui.

Iuxta 9 respondit: Scio dictum Adm. R.dum D.num Ioannem, Canonicum, esse virum gravem, prudentem et usu rerum praestantem; et scio ex causa conversationis praedictae, a tempore ut supra deposui.

[836r] Iuxta 10 respondit: Scio dictum D.num Ioannem esse gradu Sacrae Theologiae insignitum, quia semper audivi illum fuisse Licentiatum in Sacra Theologia apud Rev.dos Patres Societatis Iesu Vilnae, ubi studuit a dicto tempore quo, ut supra deposui, eum cognovi, et dedit operam dictae Sacrae Theologiae illo fructu, ex quo se reddit aptum habere curam animarum, tam in dicta Civitate Vilnae, quam etiam Samogitiae, et quod habuerit et modo habeat dictam curam; scio, quia talem eum cognovi a dicto tempore triginta annorum, ut supra deposui, et pro tali ab omnibus est reputatus.

Iuxta 11 respondit: Scio dictum interrogatum D.num Ioannem, Canonicum, functum esse munere tam circa curam animarum, quam circa regimen Ecclesiae, quia ille habuit parrochialem Ecclesiam Bosolemenlersi circa annos viginti, et bene et optime in eis se gessit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem et mores; et scio quia illum semper cognovi a dicto tempore triginta annorum, ut supra deposui, prout etiam eius actiones, et pro tali semper ab omnibus est habitus, tentus et reputatus, prout ego reputo ob dictam cognitionem, nec praedictis aliquod contrarium a nemine unquam audivi, prout audivissem et scivissem, si in aliquo praedictis esset contrarium, ob cognitionem et praticam ut supra cum illo habitam.

Iuxta 12 respondit: Scio dictum D.num Ioannem, Canonicum, non solum aliquando, sed [n]unquam aliquod publicum, nec privatum scandalum dedisse, nec circa fidem, nec minus circa mores sive doctrinam, nec teneri aliquo vitio, nec corporis nec animi, prout nec etiam aliquo Canonico impedimento, quominus possit promoveri ad dictam Ecclesiam Christopolitanam, et inservire possit in Suffraganeatu Ecclesiae Samogitiae ad titulum dictae Ecclesiae Christopolitanae erecto; et scio, quia semper cognovi illum a dictis vitiis et ab omni impedimento alienum, immo in illo a dicto tempore cognovi totum oppositum, prout ab omnibus aliis audivi, et si esset contrarium, scirem ex causa praedictae cognitionis.

Iuxta 13 respondit: Ego existimo dictum Adm. Rev.dum D.num Canonicum Ioannem idoneum ad bene regendam dictam Ecclesiam, ad quam ut supra ipse est promovendus, et dignum ut ad illam promoveatur, et censeo ipsius promotionem utilem et proficuam futuram esse eidem Ecclesiae, et ita existimo ob cognitionem, quam de eo ut supra habui a dicto tempore triginta annorum, tam [836v] de gubernio parrochialis, quam aliorum regiminum per ipsum habitorum, et quia quoque est solitus augumentare Ecclesias et illi[s] donare candelabria et alia, prout donavit Ecclesiae praedictae Samogitiae; et scio ibidem, quia ego sum Canonicus et vidi dictas res ab illo donatas, et publice scitur quando aliquid donatur et a quo donatur, maxime Ecclesiae ab aliquo Canonico, quia omnes vident tam dona, quam donantem, prout ego vidi, ut supra deposui, in causa scientiae etc.

De statu tamen Ecclesiae Christopolitanae dixit nihil scire, cum sit in partibus infidelium, et ideo non fuit ulterius interrogatus.

In f. 836v-840r sequuntur responsa ceterorum testium. In eiusmodi responsis magna ex parte repetuntur informationes a Matthaeo Babinowski praebitae, exceptis his:

Tertius testis

[838v] Iuxta 11 respondit: Scio dictum Rev.dum D.num Canonicum functum esse munere Vicarii Generalis, fuisse Administratorem Ecclesiae post mortem Rev.mi D.ni Episcopi praeteriti[30], et quando Ill.mus D.nus Episcopus[31] discessit Italiam versus, reliquit Administratorem Ecclesiae Samogitiae dictum Rev.dum D.num Canonicum. [...]

[840r] **[Litterae Abrahami Woyna, Episcopi Samogitiensis]**

Ill.mo et Rev.mo D.no Antonio Sancta Crucio, Archiepiscopo Seleuciae, Ss.mi Domini N.ri Praelato Domestico et Assistenti, in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae Nuntio, D.no Observantissimo.

---

[30] Stanislaus Kiszka (circa1584-1626), epus Samogitiensis 1619.

[31] Abrahamus Woyna.

Abrahamus Woyna, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Samogitiensis seu Mednicensis etc., debitam observantiam et addictissima studia. Notum testatumque facimus, quod licet Ill.mus et Rev.mus, piae memoriae defunctus D.nus, D.nus Stanislaus Kisska, Episcopus Samogitiensis, Antecessor noster, Suffraganeatum Samogitiensem, iustis ac firmis adductus rationibus, in subsidium suum et cuiuslibet sui successoris perpetuo erexerat, constituerat et certis redditibus fundaverat ac dotaverat, atque a Sancta Sede Apostolica horum omnium ratificationem ad titulum Episcopatus Christopolitani impetravit et obtinuit, prout in litteris autenticis plenius extat et exprimitur. Verum tamen ob celerem (postquam ex Urbe rediit, nec limina sui Episcopatus attigit) ex hac miserabili vita decessum, ista, quae pie desiderabat, plenarie ad effectum deducere non poterat, ideo Nos, divina ordinatione in eundem Episcopatum succedentes et praedictae fundationi, ordinationi et ratificationi inhaerentes, dictamque Suffraganeatus in nostro Episcopatu erectionem et constitutionem ratam, gratam, firmamque habere cupientes, eorum quae in praesenti negotio desiderabantur, complementum facimus atque in Suffraganeatum nostrum Samogitiensem Ill.rem et Adm. Rev.dum D.num Ioannem Wyszymirsky, Sacrae Theologiae Licentiatum, Canonicum N.rum Mednicensem, et in spiritualibus ad praesens Vicarium N.rum Generalem Samogitiensem, de Ecclesia Dei a compluribus annis optime meritum, vetusta, nobili ac praeclara [840v] ortum familia, unacum Ill.ribus et Rev.dis D.nis Praelatis et Canonicis Venerabilis nostri Capituli, in quem omnes unanimiter et pleno fraternae charitatis affectu consenserunt, eligendum, nominandum, praeficiendum ac Ill.mae Celsitudini V.rae praesentandum duximus, prout in Dei Nomine iudicantes id plurimum Dioecesi nostrae necessarium et profi[cuum fore], quod Dioecesis haec crebrius desolata, gravibus et continuis fuerit onerata difficultatibus, quas celeriter consopire difficile est, et undequaque non solum intra, sed maxime ab extraneis confinibus multiplici haeresi circumsepta, militumque incursionibus valde aggravata, maxime cum onera senatoria et Ecclesiae Dei et Patriae negotia ad varios Conventus et Generalia Regni Comitia, hinc multum distantia, frequenter ob turbulentum et perturbatissimum huius Provintiae statum, summe necessario nos evocant, immo extrahunt, ob idque Suffraganei residentia [non] interrupta, summopere in absentia nostra ad repellenda ovium discrimina et tuenda ecclesiastica bona opus est, praeficiendum inquam duximus, prout auctoritate nostra ordinaria eligimus, nominamus et eundem Rev.dum D.num Wyszemirsky iuxta iurium limites praeficimus, Ill.maeque et Rev.mae Celsitudini V.rae praesentamus, vehementer obsecrantes, ut hunc eundem nostrum praesentatum benigne promovere, et litteras sacrae, seu confirmationis, super eadem ad Suffraganeatum nominatione et praesentatione ratificationis pro sua innata clementia impetrare et obtinere dignetur. Deus Optimus Maximus merces erit amplissima, cum id totum ad maiorem laudis Divinae et fidei orthodoxae propaga-

tionem dirigitur. Caeterum me, meaque propensa servitia Ill.mae et Rev.mae Celsitudini V.rae quam diligentissime commendamus. Datum Vilnae, die 20 Septembris Anno Domini 1627.

Abrahamus Woyna, Episcopus Samogitiae, loco sigilli

Andreas Ossowsky, Sacra Auctoritate Apostolica Publicus Notarius, praesens interfui praemissis, manu propria.

[Attestationes]

Quibus quidem... *etc. Sequuntur attestationes actorum processus a nuntio et notario datae et confirmatio facultatum notarii a nuntio facta (in f. 840v-841r) similis formae et tenoris ac in A. 1, p. 337-338.*

A. 6.

Processus informativus Raphaelis Korsak ad coadiutoriam Kioviensem promovendi, ab Antonio Santa Croce confectus

Varsaviae, 7 - 9 II 1628.

Acta processus informativi Raphaelis Korsak, epi Haliciensis uniti, ad coadiutoriam ecclesiae Kioviensis, cum iure succesionis post metropolitam Iosephum Velaminum Rutski, promovendi. Enumerantur nomina testium et interrogationes eis propositae, ad personam promovendi et statum dioecesis pertinentes. Adducuntur testimonia Basilianorum Meletii Kopysteński et Pachomii Orański, Dominicani Martini Nieświemski, Dominicani ac Iesuitae Zachariae Skoruski. Sequitur attestatio nuntii de professione fidei a Raphaele Korsak praestita (ipsa professio fidei deest), comprobationes authenticitatis actorum processus a testibus et a notario factae, attestatio nuntii de facultatibus notarii.

